IO. AN. FLAMINII FOROCORNELIENSIS DIALOGUS DE EDUCATIONE LIBERORUM, AC…

Giovanni Antonio Flaminio

IO. AN. FLAMINII FOROCORNE-LIENSIS DIALOGVS DE EDVCA-tione liberorum, ac inſtitutione Ad. R. P. An: Puccium Piſtorienſem Epiſcopum.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

IO. ANT. FLAMINIVS FOROCORNELIENSIS R.P. AN. PVCCIO PISTORIENSI EPISCOPO. PERPETVAM FELICITATEM.

ſ Cripſi iam multa .R.P. Vt te puto non ignorare, quæ partim ſuperioribus annis edidimus, partim non multo poſt propitio deo edituri ſumus. Ea pleraq; ſunt eiuſmodi, ut me potius communem mihi utilitatem ſcribēdo propoſuiſſe, q̄ propriam laudem quæſiſſe æqui lectores, ni fallor, intelligant. Neq; ego huic laudi, ſi laus quærenda eſt, laudem aliam anteponēdam reor. Sed nulla me laudis humanæ cupiditas, ut ſcriberē, impulit. Siqd.n. boni excogitare, dein literis mandare ualuimus, quicqd id eſt, totū dei munus eſt. Miniſtri enim diuinæ liberalitatis efficimur, qui hoībus utilia ſcribimus. Neq; .n. aliquid ex nobis excogitare tanq̄ ex nobis poſſumus, ut ait Apoſtolus, ſed nr̄a oīs ſufficiētia a deo eſt, cui quicqd poſſumus acceptum referre debemus. Quod qui non facit, parum ille imbecillitatis humanæ memor uidetur. Ne igitur more improbi ſerui traditum mihi talentum occultarem, ſed in uſum promerem, libenter in iis ingenium, & ſtilum exercui meum, quæ uel ad cōmunem hominum utilitatē, uel ad religionis ornamentum pertinere arbitratus ſum, ne me ratus poſſe meorum ſtudiorum quaſi decimas deo perſoluere. Quale eſt præſens opuſculum, quod educationem, ac inſtitutionem liberorum continet, materiam ſane grandem, uberem, ac difficilem, tantæ autem utilitatis, ſi mature conſideres, ut nullam ei præferēdam putes. Quæ enim uel maior eſſe, uel utilior poteſt: q̄ quæ mores ordinat, & uitam humanam inſtituit? Quæ res quidem ſi contemnatur, certe non uideo, quid homini relinquatur unde amplius ſuam retinere appellationem poſſit. At q̄ deſinere hominem eſſe, & ad belluas redigi, hoc eſt bonis, qui de intellectu, ac ratione cōſtāt, carere moribus, quid eſſe queat infelicius? Scio te, ac cæteros non malos iudices noſtrum hunc laborem haudquaq̄ improbaturos, in quos ſummū

ſtudium, quantum ſcilicet præſtare mea imbecillitas ualuit, ac diligentiam contuli, non alia ſane de cauſa, ꝗ ut labenubus, ac deficientibus quotidie magis, uti uides, mori bus, ſi poſſem meo ſtudio opitularer, ac plurimum prodeſſem. Id ſiqua ſaltem ex parte efficere potuero, immortalis erit præſtitæ huic rei operæ merces. Sin minus, ingraueſcẽ ti nimium ægritudini, ac medicum aſpernanti adſcribendum putabo. Eum quidem libellum cũ aliis iuſtiſſimis de cauſis, tum quod Ampliſſimi. P. & patrui tui. L. Cardinalis Sanctorum quattuor Coronatorum nepotem & patruelẽ tuum Puccium educandum mihi, ac inſtituendum ad me propediem miſſurus es, tibi, cuius ſancti mores, & uitæ integritas notiſſima eſt, dedicandum putaui, ut eſſet nõ modo apud præſentis ſeculi hoĩes, ſed etiã apud poſteros perpetuũ amoris in te mei, ac obſeruãtiæ pignus, ac ſimul intelligeres, me qdẽ nõ alio ĩ tuũ patruelẽ, ꝗ ibi ſcripta cæteris a me, atq; ꝑpoſita fuerit, genere inſtitutionis uſur. Hoc tu noſtrum, qualecunq; munuſculũ eſt magno certe amoris impulſu ad te miſſum eo quidẽ aio, ac uultu, ſicut ſpero accipies, ut non illius exiguitatem, ſed mittentis animũ, ac uoluntatẽ tibi metiendã putes. Vale Bononia. MDXXIII.

AN. PVCCIVS PISTORIENSIS EPISCOPVS IO. AN. FLAMINIO S. D.

ſ Erius, ꝗ putarã tuis reſpondi literis, quæ mihi, dũ
adhuc igni eſſem, redditæ fuerunt. quod nulla ta
men negligentia mea factum eſſe ſcias uelim. Sed
quod uno tempore multa mihi impedimento fue
re, ut, quod maxime cupiebam, facere minime potuerim.
Quæ res quantam mihi moleſtiam attulerit, non ſcribo.
Nam quantam ex tuis omnibus literis uoluptatem, præci
pue propter mirificã in illis amoris ſummi erga me tui ſi-
gnificationem capiam, ſcribere nunꝗ poſſem. Sed nullæ
me quidẽ magis, ꝗ proximæ delectarunt, quibus nihil po-
terat iucundius acci...re, non ſolum quod nihil poteſt illis
amantius dici, nec officioſius, ſed etiam, quod ex iis cogno
ui, iam te opuſculum de Educatione liberorum, ac Inſti-
tutione perfeciſſe, quod te in manibus habere proximis li-
teris declarraueras, quod ob materiæ excellentiam, & ela-
ritatem quantam utilitatẽ allaturũ ſit, ſatis intelligo, ac me
unum ex omnibus delegiſſe, cui munus illud egregiũ de-
dicares. Aliæ quidem extãt cauſæ, quibus neceſſe ſit, illud
mihi gratiſſimum eſſe, ſed illa præcipua, & ante cæteris an-
teponẽda, quod nihil utilius, præſertim in tã corruptis mo
ribus a ſcriptorib⁹ excogitari, uel antiquius poteſt, quodq;
fauorabilius ab omnibus excipi debeat, ꝗ ſcripta illoꝝ, qui
uitam inſtituũt, & aliqua remedia ægritudini, quæ præter
modum inualuit, afferũt. Quid enim alii proſint libri, ſi tue
ctado uitæ perduret? & præcipuus abſit animi cultus? Ha
benda etenim illa imprimis cura, & ratio eſt, ut bene ui-
uatur, & ea procurentur, quæ bonos inducant mores pra-
uos arceant. Quod ſi non fiat, haudquaꝗ uideo, quid ueræ
utilitatis eruditorum labores allaturi ſint. Non magis qui-
dem, ꝗ ſi in incultum & ſterilem agrum ſemen iacias. Eſt
igitur, cur maxime gaudeã mi Flaminii, non prorſus aruiſſe
probitatem, & adhuc eſſe, qui uirã iuuare, ac prodeſſe mo-
ribus ſtudeãt, & tibi gratuler, qui in tam præclarum ince-
ptum animum tuum intẽderis, quo quantã apud omnes,

qui recta ſapiunt, tibi laudem ſis comparaturus, tam uideo
q̃ te laudabilius nihil, ac utilius excogitare potuiſſe intelli-
go. Nunq̃ igitur credere poſſes quanto teneat eius opuſcu-
li legendi deſiderio, ut experiar, quem iam animo côcepi,
fructum, quē inde prouenturũ ubertimum non dubito. Fe-
ſtina igitur, quãtum potes, ut in publicum prodeat, & pro-
deſſe hominibus incipiat, ut uideant patres, ut præcepto-
res intelligant, ſi qui ſunt, qui minus diligentes in ſuis edu-
cationibus, & inſtitutionibus ſint, quanti referat, ſurgentis
ætatis recte fundamẽta iacere, ſi negligantur, omnia inde
malorum ſemina eſſe. Quod quãtæ utilitati etiam Puccio
patrueli meo, quem tibi educandum, ac ſimul inſtituendũ
tradimus, futurum ſit, uideo. Propterea te ualde rogo, ut
edideris diligenter cures, ut librum tandem crebro in mani-
bus habeat, & familiarem ſibi facere frequenti lectione ſtu-
deat, & facta illa egregia, quæ ibi recenſentur, ac celebran-
tur, & dicta ſapientum, quibus illum eſſe refertum audio,
non côdiſcat ſolum, ſed etiam ediſcat, & in ore, ſed magis
in pectore aſſidue habeat. Scio enim, quantum iis ſtimulis
excitetur uirtus, & inſurgat. Nec eſſe utilius quicq̃ puto, &
talibus præceptis, & exemplis teneros adhuc animos im-
bui. Hoc etiam eſt, quod Reuerendiſſimus. D. & patruus
noſter Cardinalis ſanctorũ Quatuor Coronatorum, ma-
xime optat, & a te uehementer expectat, iameſi uterq; no-
ſtrũ minime dubitat, nihil a te prætermiſſum iri, quod ad
excolendum, & ornandum literis, & moribus adoleſcentē
noſtrũ quoquo modo pertineat. Dum hæc ſcriberem: op-
portune mihi redditæ ſunt a te literæ: quæ lætitiam: & uo-
luptatem meam mirifice auxerunt. Nam cum alia: quæ
me plurimum delectare poſſent: inerant: tum illa uerba:
quæ quamuis iam crebro magna cum uoluptate legerim:
repetere tamen hic quoq; non iniucundũ fuit. Sunt autem
hęc. Dialogus noſter: immo tuus: ubi audiuit: quę de ſe ſcri-
pſiſti: mire factus eſt audax. me obtundit. Egredi feſtinat.
Vix prioris imperium domini perfert: ad te enim prope-
rat: & geſtit erumpere. Demum tamen noſtra diligenti
adhortatione motus promiſſam nobis denuo hiſce diebus
impreſſoris

impreſſoris operam expectat: & nos illius importunita-
te compulſi:ſi nimis eã differat: importuni eſſe cogamur:
aut certe noſtra perſcriptum manu ad te propediem mit-
tamus. Quibus ſane uerbis deſiderium non leniſti noſtrũ:
ſed multo magis accendiſti. Quare te uehementer rogo,
facias:ꝗ citiſſime poſſis:quod mihi pollicitus es:& quod te
facturum maxime confidimus. Vale.

IO. ANT. FLAMINII FOROCORNELIENSIS PRAEFATIO IN DIALOGVM DE EDVCATIONE AC INSTITVTIONE LIBERORVM AD R. P. AN. PVCCIVM PISTORIEN. EPISCOPŪ.

AEgrotabā forte ſupiore menſe. Nō grauis tñ
illa erat ægritudo. Nihilominus, qui tandiu
nullū tale incōmodum paſſus erā, cuſtodie-
bam me diligenter, & mihi attente cauebā,
ne ingraueſceret. Sciebā enim ex paruis ple
runq; initiis, niſi adhibita eſſet diligēs cura, ſo
lere magnas ægritudines conflari. Quare tam cibi, ac po-
tus ſolito maiore parſimonia, quā ego præcipuam, & utilio
rem cæteris medicinam reor, q̃ alia prouidendo, & cauen
do procurabam, ne morbi uis inualeſceret. Præcipue uero
domi, & in cubiculo meo me cōtinebam. Quod ubi audi-
uere familiares mei, uenere nō pauci, ac imprimis arctiſſi-
mo mihi neceſſitudinis uinculo coniuncti Leander Alber-
tus uir quidem in ordine prædicatorum uita, moribus, ac
literis insignis, & Gaſpar ex Elephantutiorū illuſtri familia
uir quidem nō tam ſplēdore natalium, & opibus, q̃ excel-
lētibus animi dotibus, præcipueq; doctrina præclarus Bo-
nonięſes ambo, a quibus me ſic amari ſemper animaduer
ti, ut quos illis hac in re præferam, nullos habeam. Ac for-
te fortuna contigit, ut eodē tempore meū cubiculū uterq;
ingrederet. Qui me ſtatim, & hilaritate uultus, & ſuaui ad-
modum, ſicut illis mos eſt, oratione ſua ſic demulſerunt, ut
continuo, & ægritudinis obliuiſci, unde quid faciat bonorū
amicorum præſentia, & conſolatio, & ſperare omnia me-
lius cœperim. Vbi aliquādiu ea locuti ſunt: quę primo con
greſſui conueniebant, & ad leuādam præſentē moleſtiam
pertinere uidebant, ac me libenter iam & loqui, & audire
arbitrati ſunt, cœpit tam diligēter, q̃ amāter Gaſpar, quæ-
nam ægritudinis eiuſce fuiſſet cauſa, percunctari. Nō enim
de nihilo putabat factū, ut, quē heri, ac nudiuſtertius lætū
ac recte ualentē uidiſſet, ægrotare tam repente cœpiſſem.
Dixi ego debere id nō mirū uideri. Eam eſſe hominū con-

ditione,ut nihil inconſtātius,nihil fragilius dici poſſit.In horas mutari,ac nihil certi habere. Multo magis mirandum eſſe,quoſdā ſubito,aut inuſitato genere mortis abſumptos, ut Tullius Hoſtilius rex Romanorum tertius,qui fulmine ictus cū tota domo conflagrauit. Vt duæ illę mulieres poſt acceptā ad Traſimenū lacu cladē,quarū altera i amplexu filii facta pręter ſpem ſoſpiti obuia nimio gaudio expirauit. Altera cū falſo mortis filii nuncio mœſta domi ſederet,ad primū cōſpectū redeūtis exanimata eſt.Ita,quas dolor nō eximerat,lætitia cōſumpſit. Triclinū,in quo Simonides poeta erat,cœnante Scopa,& qui cū eo epulabantur præter ipſum Simonidē,qui eodē momēto tēpons a Caſtore, ac Polluce,uti creditū eſt,euocatus fuerat,collapſum oppreſſit.Quid priſca memorē?Quotidiana non improuiſarū modo ægritudinū,ſed repētinæ etiā mortis,& aliorū innumerabiliū malorū exempla ſe offerūt.Cauſæ aūt i occulto plerunq; latēt,ac ignorantur.Sed me iam iā leuari aduentu neſtro,atq; præſentia ſentio,ut nō progreſſurā ultra ægritudinē hāc putē. Tunc Leander cernēs me iam pene exhilaratū:ac nō infirma,& fracta loqui uoce,multa ex me,quæ ad noſtra pertinerēt ſtudia,cœpit quærere,ac procedente ſermone,illud quoq;.Num ex paucis admodū nobiliū familiarū adoleſcētibus,quos difficulter,atq; cunctāter recepiſſem inſtituēdos,aliquos ſperarē doctos euaſuros. Alphōſum excipio,inquit,Gaſparis noſtri filiū,qui multos annos in tuo fuit contubernio,ſic pene mihi notus ut tibi,quē magno olim familiæ ſuæ,ac patriæ ornamēto futurū nō dubio.De aliis mihi ſermo eſt,qui quales,& qua ſpe ſint,minus noui.Tunc ego.Exiguus quidē apud me diſcētium eſt numerus.Sed hi certe tales ſunt,ut eorū pleroſq; nō diſſimiles Alphonſi euaſuros exiſtimē. Quid enim ego,ſi ita non ſperem fore,operā uelim inanē cōſumeretem qua illud imprimis peto,ut tales euadāt,ne ꝑcedēte tempore mihi dedecori ſint ac me pœniteat,illos inſtituēdos ſuſcepiſſe,pudeatq;,cū alios audiā dicētes,doctore illos Flaminio aliquā uſos.Et q̄re inq;,tā paucos,ac tā difficulter,quos iſtituas, admittis;qui cū talis iā ſis,& habeatis,ueteranus ſcilicet, ac iā rude donatus,ut ꝑdeſſe q̄plurimis tua opa,& īduſtria

quæas, & florētiſſimā ciuitatē hāc bonis ornare literis, quaꝝ rū breui mirā hic fore inopiā uides, cur amplū iam ludū nō aperis? & quoſlibet inſtitui a te cupiētes nō recipis? Suſtuli tūc faciē, quā rubore in meis laudibus pfuſam nō illiberali demiſerā, ac dixi. Vide mi Leāder, quid agas, ut modū ſer ues, qui me tātis onetes laudibus, quibus me lōge imparē ſentio. Tua eſt iſta diu mihi ſpectata humanitas, & iudiciū de me nimis pronū, ac liberale. Ego. n. qui ſim, & quid ua leā, ſatis noui. Sic tñ habeto, duas eſſe cauſas, ut puto, nequaꝗ improbādas, quę me, ne faciā, quod tu mihi faciēdū cēſes, hortent. Quarū altera eſt, ne ætatē meā iam, uti cernis, ingraueſcētē maiore, ꝗ ferāt uires, pondere onerem ac mihi, & meis ſtudiis deſim. Altera, quā reticerē libēter, niſi tu eſſes, qui rogares. Tūc ille, ut fit, auidior factus, urget magis cœpit, quæcūq; eſſet, ut dicerē. Quādo inquā te ita uelle intelligo, dicā. Verū te prius, & Gaſparē ſimul rogo, ne me uel maligno ingenio, uel aliquo adductū odio putetis, ſiquid aduerſus Ciuitans ueſtræ mores dixero. Neq; enim aliter quā ex me quæris, ſcire cauſam poſſes. Duo ſunt in hac poſteriore cauſa, quæ me ab incepto eiuſmodi certe utiliſſimo, & huic ciuitati maxime neceſſario retrahūt. Multorū parētū īſcitia, & auaritia, & corruptiſſimi iuuētutis huiuſce mores. Mouet. n. me parentum, quos dixi, indignitas quædā, cū uideo, nullū eos diſcrimen inter me, quē tu ueteranū. & rude iā donatū putas, ac illos facere, q uilē plebeculā ī triuiis docēt. Mouet itē ingenioꝝ improbitas, quæ ꝗta ſit hodie, uides, q corruptos, & adeo deprauatos mores nō ſecus, ac ætnæ flagrātē craterē exhorreo. Expertus. n. crebro ſum, ꝗ grauis, q plena diſcriminis res ſit, cū talibus igeniis cōflictari. Paucos aūt illos, quos ego inſtituo, ex claris ſelectos familiis optimorū parentum filios taleis experior, ut me participatis huiuſce nō pœniteat. Ibi uir optimus, atq; grauiſſimus Gaſpar, quo cū eadem ſæpenumero locutus, & queſtus erā, & q me, qualis ſim optime omniū nouit, cū me libēter, & attēte talia dicētē audiſſet laudo inqt Flamini iudiciū tuū, ut ſemp, atq; cōſiliū, ſuiq; iſti⁹ ego quoq; ſententiæ ex quo ī hāc urbē me pcipue, ac Leādro authore ue-

miſti, ut talem te præſtares, ac operam enixe dares, ut ſua bonis literis dignitas, ſuum preciū ſtaret. Qua quidē in ſententia ut perſtes, ſic te nunc, ut ſemper antea, maxime hortor. Video enim, paulatim noſtros hoīes magno ſuo malo diſcere, q̄ parū prudenter ſuis liberis conſulant, qui exigua ſtipe illecti malis eos doctoribus inſtituendos tradunt. At iſtuc inquam mi Gaſpar magnus eſt, ac intolerabilis contemptus rei, quæ eſſe charíſſima deberet. Quid enim præferant liberorū charitati patres? Verū id educationis indiciū eſt peſſimæ, quæ ſi eſſet, qualē eſſe oporteret, tot ac tantis paſſim flagitiis nō abundarent ciuitates, nec tantā temporū, in quā deuenimus infelicitatē quotidie quereremur. Nam quid adieci ultra unus poſſe credamus? Tūc Leāder. Age quæſo Flamini, quādo educationis mentionē fecisti, quę quidē ſi mala, ſi incurioſa ſit, malorū fere oīum cauſam eſſe conſtat, ne graue ſit, quando tibi, ac nobis aliquid ocii nunc eſt, & bonis ſermonibus nihil eſt, quod probis hominibus magis conueniat, & eſſe gratius debeat, quā breuiſſime poteris, qualē eſſe oporteat, oſtēdere. Tu enim & græcos & latinos authores, qui de ea re præcipiunt, ſæpe legiſti: Et, ſi non legiſſes, ſatis per te, propter longā ex diuturna inſtitutione experiētiā ſcire poſſes, & alios de tali re docere. Idē quoq; petere iā auidius incipiebat Gaſpar, quā ſic ego utriuſq; petitionē excepi. Quādoquidē uideo, qualibus uiris, & amicis rem gratam ſim facturus, quāuis ad tantæ rei narrationē nō ſatis me idoneū putē, faciā tamen, quod uos tantopere uelle intelligo. Atq; ut altius, ac plenius de re utiliſſima, & maxime neceſſaria diſſerā, ab ipſis incunabulis exordiar, & ad iuuenilem ætatem narrationem extēdam.

DIALOGVS INTERLOCVTORES FLAMINIVS LEANDER ALBER. GASPAR ELEPHAN.

ſ VMMAM DEBET GENITOR ATQVE primariā gerere curā, ut natū ſibi infantē propriis mater, ſi poſſit, alat uberibus, alienū lac, & aduentitium reſpuat. Quod eſſe faciēdū ipſa etiā natura admonet, quæ unicuiq; animātiū nutrimēta ſuggerit, quibus

ali

ali cõtinuo nati fœtus queant. At duplices etiã ob id mulie
ri mammas eſſe uoluit, ut, ſi forte cõtingat, ut geminos pa
riat, alere utrunq; poſſit. Maior enim huic cura, & charitas
matrũ in filios, filiorũ item in ipſas matres cõflatur. Victus
enim illud, ac cibi quoddã uelut ſodalitium amoris, ac be-
neuolentiæ maioris cauſam miniſtrat. Nutrices enim, quę
mercenariũ lac præbent, mercedis cauſa diligentes cõdu
ctitiam quandã, & adſcriptitiam beneuolentiam afferunt.
Quia ſi accidere iuſta poterit cauſa, ut conducenda ſit nu
trix, ibi quoq; maxime cauendum erit, ne improba, ne ma
lo ingenio, ne corruptis moribus illa ſit. Nã nutricũ haben-
da quidẽ ratio tanta eſt, ut Chryſippus, ſi fieri poſſit, ſapien
tes eſſe illas optauerit. Certe, quãtũ humana diligentia in-
ueniri poſſent, bonas eſſe uoluit, & morum quidem in iis
haud dubie prior ratio eſt. Natura enim, uti Quintilianus
ait, tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipi-
mus, ut ſapor, quo noua imbuas, durat. Nec lanarum colo
res, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt.
Et hæc ipſa tenacius hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bo
na facile mutant in peius. At quãdo in bonũ uerteris uitia?
Quis aũt ignorat probitatẽ, & eloquentiã, & cęteras artes
deſciuiſſe ab illa ueteri gloria nõ inopia hominum, ſed deſi
dia iuuentutis? & negligentia parẽtũ? & inſcitia præcipien
tium? & obliuione moris antiqui? Audite quæſo de priſco
rum diligentia in educandis liberis loquentẽ tacitũ. Ait. n.
Iampridẽ uero ſuus cuiq; filius ex caſta parente natus non
in cella emptæ nutricis, ſed in gremio, ac ſinu matris edu-
cabat, cuius præcipua laus erat, tueri domũ, & inſeruire li
beris. Eligebat autem aliqua maior natu propinqua, cuius
probatis, ſpectatiſq; moribus omnis familię ſoboles com-
mitteretur, corã qua neq; dicere fas erat, quod turpe dictu,
neq; facere, quod inhoneſtum factu uideret. Ac nõ ſtudia,
moreſq;, ſed remiſſiones quoq;, ac luſus puerorũ ſanctitate
quadã, ac reuerentia temperabat. Sic Corneliã Gracchorũ,
ſic Aureliam Cæſaris, ſic Actiam Auguſti matrẽ præfuiſſe
educationibus, ac ꝓduxiſſe principes liberos accepimus.
Quæ diſciplina, & ſeueritas ad id pertinebat, ut ſyncera,

& integra, & in nullis detorta uniuſcuiuſq; natura toto ſtatim pectore arriperet arteis honeſtas, & ſiue ad rē militarē, ſiue ad iuris ſcientiā, ſiue ad eloquētiæ ſtudiū inclinaſſet id ſolum ageret. id uniuerſum hauriret. Hæc ſcite, ac uere Tacitus. At factum quidem eſt, ut multo adhuc maior poſteris negligētia, & quidā quaſi filiorū contemptus irrepſerit. Quia, ut inquit Horatius.

Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem uitioſiorem. Ob id Poeta in Georgicis dixit
Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.

Sed cōtra uidere parentū in procurandis, ac formādis recēter natorū membris diligentiā, ne nō recta ſint brachia, ne nō bene pedes, & crura cohæreant. Quod ſi forte uno nutricis contrarium aliquid contigerit, dolore, ac moerore conficiuntur. Qualis aūt creſcat, & quibus imbuatur motibus, aut nulla pleriſq;, aut minima cura eſt. Illud ego quidem & mirari plurimum, & indignari ſoleo, quod, præcipue in domibus potentum maior multo equini pulli, aut accipitris, aut canis uenatici cura eſt, q̃ filii. Illis enim cuſtos adhibetur ſciens, cui præcipuæ curæ ſit: ne quid aduerſi accidat: ne quid deſit: dies noctes procuret. Filius uero uel uiliſſimo cuiq;: uel nullius cuſtodiæ committitur. Et miramur nunc adeo corruptam iuuētutem: cuius infantia: & pueritia per tantam parentū deſidiam neglecta fuerit? Miramur nunc pleroſq; naſcentes a uirtutibus maiorum deſciſſe: ac degeneres fieri? Fundamenta ipſa ſtatim: quale futurum ſit ædificium, declarant. Quæ ſi infirmæ ſi uitioſa ſint: qualem futuram fabricam ſperemus? Omnium rerum finis de ipſis principiis ſpectandus eſt. Et quando primus uobis in debet de infantia ſermo eſt: uideamus: an ſatis uera ſint: quæ dicimus, & quæ ſit matrum noſtri temporis: & quæ patrum cura nutriendorum. Vbi primum prægnans facta eſt mulier: prima uixdum concepti foetus de nutrice cogitatio eſt: & uel ex infima plebe: uel ex agris capitur: non quæ ſit proba: ſed quæ minoris lac uendat

dat: nulla de uita: nulla de moribus quæſtio eſt. Nec co gitant parentes: quanta infuſi tenens corporibus uis la ctis ad ipſum quoq; animum tranſeat. Hinc enim magna utriturum: ſi proba fuerit nutrix: magna item uitiorum: ſi improba contigerit. uelut ſemina uernit. Quod eſſe ue rum: præter q̃ quod ipſa docet experientia: ex agris etiam apparet. Nam ſi de optimo plantam, uel ſemen in de terius transſeras: quanta fiat mutatio. uides. Quos præter ea mores tenella ætas: cui rei maxime intendenda cura eſt imbibat? quibus ſermonibus aſſueſiat? Fabulis & er roribus teneri ſtatim imbuuntur animi. Nec quiſq; in to ta domo penſi habet: quid coram infante domino: aut di catur faciat: quando etiã ipſi parẽtes neq; probitati: neq; modeſtiæ paruulos aſſueſaciunt: ſed laſciuiæ: ac libertati: per quæ paulatim impudẽtia irrepit: & ſui: & aliorum con temptus. Propria uero: & peculiaria non huius ſolum ur bis: ſed & cæterarum nam late patet hæc peſtis: uitia pene concipi mihi uidentur: gladiatorũ: equorumq; ſtudia: qui bus corruptus: & obſeſſus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? Quotũ quẽq; inuenias: qui aliud quicq; domi loquatur? Quos alios adoleſcentulorum ſermones excipimus? Si quando auditoria intramus: Nec præceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus ſui fabulas habent, Colligunt enim nõ ſeueritate diſciplinæ, nec inge nii experimento, ſed ambitione ſalutantium, & illecebris adulationum. Tranſeo prima diſcentium elemẽta, in qui bus & ipſis parũ elaboratur, nec in authoribus cognoſcẽ dis, nec in euoluenda antiquitate, nec in notitiam uel re rum, uel hominum, uel temporum ſatis operæ inſumitur. Verum ad nutrices redeo. Quarum quanta ſit habenda ratio, ex diuini Platonis præcepto intellige. Monet enim ſapientiſſimus ille uir nutrices, ne friuolas, ac turpes pue ris fabulas enarrent, ne illotum animos initio ſtultitia, & corruptis moribus imbuant. Quare ſcite, ac prudenter Phocyllides etiam poeta monuit, cum dixit,

Dum tener eſt animus, generoſos inſtrue mores.

Danda præterea ei quoq; rei diligens cura eſt, quales ſint

pueri, quibuſcũ ſuos uerſari patres ſinant. Ex qua neglegẽtia magna perſæpe fit bonorũ ingeniorũ mutatio, atq; corruptio. Teneri enim, & rudes adhuc animi, quæ appoſita fuerint, facile hauriũt, at multo facilius, quæ deteriora ſunt. Formãdi autẽ ſtatim a principio pueri, quorum ingenia & facilia ſunt, & in quãcũq; partem uerteris flexibilia. Monet hoc prudenter in Epiſtolis Horatius quando ait.

Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter
Ire uiam: quam monſtrat eques. Venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in ſyluis catulus. Propterea ſtatim ſubdit,
Nunc adbibe puro
Pectore uerba puer, nũc te melioribus offer.
Cauſam adducit inquiens.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu.

Quare diligẽter, & anxie patres cauere debẽt, ne prauis imbuti moribus pueri ſuos inficiãt liberos, atque corrumpãt. Vulgatũ eſt illud prophetico ore prolatũ, quod iampridem in prouerbiũ tranſiit, Cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris, & cum peruerſo peruerteris. Non ab re fuerit hoc loco memorabile illud Lycurgi, qui leges tulit Lacedæmoniis, exemplum ponere, ut ex eo quoq; appareat, quãti referat, bene uel male educari. Volens enim ille ſuos ciues ad meliorẽ uiuẽdi modũ traducere, ac honeſtos, forte ſq; efficere, nã delicatiores erant, duos educauit catulos de iiſdem natos parentibus, quorũ quidẽ alterũ culinæ, & gulæ aſſuefecit, ac domi, & i ocio eſſe permiſit. Alterũ uero ad uenationẽ exercuit, & in labore continuit. Inde aduocato populi concilio diſpoſuit, & uepres, & gulæ irritamenta, ac poſtmodũ leporem dimiſit. Sed cũ ad cõſueta ſtatim uterq; cucurriſſet, & alter leporẽ cepiſſet. Videte inquit o ciues, cum ex iiſdẽ ſint canes iſti parẽtibus geniti, q̃ diſſimiles educatio fecerit, quantoq; efficacior, q̃ natura ad res honeſtas ſit exercitatio. Sed omiſſa iam educatione infantiæ ad pueritiam tranſeo, ad eam ſcilicet ætatem, cui maior quędã adhibenda cura eſt, quanto boni, ac mali incipit maior illi eſſe cognitio, & inſtitutionis eſt capa

cior

cior. Curare igitur imprimis parentes debent, ut optimis tradantur magiſtris eruditi, quorum prius uita, q̃ doctrina probet. Bonis eſſe ornatos literis uelim. Sed ſi neceſſitas eligendi cogat, minus doctũ ego, q̃ minus probum malim. Quis enim aurũ, aut gemmas in uaſe immũdo cuſtodiendas cenſeat? Quis optimũ uinũ teri odoris amphoræ infundat? Puer quidẽ tam parentũ probitati, q̃ ſplẽdori generis, & claritati reſpondere poterit, ſi imbutus honeſtis artibus fuerit, quas plurimũ refert, a quo potiſſimũ accipiat. In hac igitur temporũ licentia, in tam corruptis moribus, in hoc lubrico ætatis non præceptor modo, ſed cuſtos etiã, ac rector quærendus eſt. De quo quidẽ non præcipiti iudicio, ſed matuto admodũ, & cunctanter deliberãdũ eſt. Vita enim hoĩs altos receſſus, magnaſq; latebras habet. Tradẽdus eſt igiť præceptori puer, a quo primũ mores, mox eloquentiam diſcat, quæ male ſine moribus diſciť. Quid.n. maiori curæ eſſe debeat, aut elaborãdũ magis, q̃ cum in ſiliis parentũ, immo & maiorũ omniũ uita quaſi propageť, ac repræſentãda ſit, operam dare diligentiſſimã, ut ſimiles illorum, ac, ſi fieri poſſit, pares inueniant. Eligamus, inquit Seneca, eos, qui uitam doceant, qui cum dixerint, quid faciendum ſit, probant faciendo, quid deceat, quid uitandum ſit, nec unq̃ in eo, quod fugiendũ dixerint, deprehendũtur. Eum delige adiutorẽ, quem magis admireris, quũ uideris, q̃ cũ audieris. Sed in noſtri temporis homines querela ſimilis, & accuſatio cõuenit, quæ a Plutarcho magna cum indignatione prolata eſt. Inuectus.n. in negligẽtiam patrum circa filiorũ educationẽ inquit. Præſtantes ſeruos nacti hos quidem agricultores deſignant. illos naucleros. alios mercatores. quoſdã & domeſticæ rei diſpenſatores. At ſi quem temulentũ, ſcurram, & ad omnẽ rem gerendã prorſus inutilẽ ſeruum reppererint, huius curæ natos cõmittunt. Frugi autẽ pædagogũ talem natura eſſe oportet, qualis erat Achillis pædagogus Phœnix, quem iccirco Peleus, ut eſt apud Homerũ, Achillis curæ præfeciſſe dicitur, ut ei dicendi pariter, ac faciendi ductor, & magiſter foret. Perquirendi ergo filiis præceptores ſunt, quorũ uita nullis

obnoxia criminibus, irreprehenſi mores, & optimũ experi
mentum. Honeſtatis enim fontem ſimul, ac radicẽ eſſe li-
quet, legitimam cõſequi diſciplinam. Ac ueluti coloni ſe-
pes arbuſculis circumponũt, ita & æquiſſimi præceptores
conſona pueris inſtituta, & admonitiones inſerũt, unde re
ctiſſima morũ germina pullulent. Quãta uero digni repre
henſione quidã genitores ſunt, qui priuſq̃ ullam de præce
ptoribus experiẽtiã ceperint, hominibus aliquãdo impto-
bis, imperitiſq̃, ac ignorationis inſignis liberos cõmittunt.
Illud aũt extremę certe ſtultitiæ eſt, quidam enim, quanq̃
a peritis, & amice ſuadentibus admoniti quorũdam ínſcí-
tiam, & improbitatem cognouerint, & minime dubiã ha-
beant, eis tamen ſuos credere filios ſuſtinent. Sũt etiã, qui
rogantium amicorum gratiæ hoc tribuãt. Qua in re ſimi-
le quippiam faciunt, quod ægroti quãdoq̃ ſolent, qui do-
ctum, & probatum in arte omittẽtes medicũ, ut amici gra
tiam ineant, imperitũ opis eiuſce hominẽ deligũt, & pro-
priam ſalutem in diſcrimen adducũt. Proh Iuppiter diiq̃
omnes eſt ne quiſpiam pater, qui pluris obſecratium gra-
tiã, q̃ liberorũ eruditionẽ faciat? Haud ab re ſapientiſſimus
ille Crates dicere ſolebat, qui, ſi licuiſſet, ubi in altiſſimam
urbis partẽ cõſcendiſſet, ſe uociferaturũ aiebat. Quorſum
ruitis homines, qui omne in comparandis pecuniis ueſtrũ
ſtudiũ confertis, filiorum uero, quibus eas relinquitis, nul-
lam prorſus curam ſuſcipitis? Quibus addẽdũ eſſe cenſeo,
quod ſi patres haud aliter faciunt, q̃ qui magnam calceoꝝ
ſedulitatem habẽt, cũ interim pedẽ ipſum parui pendant.
Quid uero de multoꝝ auaritia dicã? q̃ enim multi ſunt pa-
rentes, quibus tanta creuit pecuniæ auiditas, & inſatiabi-
lis quædam habendi ſitis, contra uero quaſi filiorũ odium,
ut, ne maiora magiſtris ſalaria pendãt, uiliſſimum quenq̃
deligant, quem filiis præficiãt uiliſſimorũ preciorum diſci-
plinam inſectantes. Ob quam rem Ariſtippus urbano plu
rimum ſermone patrem quẽdam mentis inopem carpſit,
nam cum ex eo percunctaretur, quantam inſtituendi filii
gratia mercedem poſceret, mille drachmas dixit. Magnũ
hercle ait ille poſtulatũ, ſeruũ.n. comparare mille drachmis
poſſum.

poſſum. Tunc Ariſtippus, At duos inquit habebis ſeruos, & filium, & quem mercaberis. Curam gerunt parentes, ſi leua in capiendis cibis manu filii utantur, neq; id ferunt, dextræ aſſuefactũ, ac ei quidem rei magnam diligẽtiam adhibent. Legitimarum uero diſciplinarum, tanq̃ uilis, & flocciſacienda res ſit, curam poſtponunt, uel minimã certe habẽt: Sed ex iam praua educatione quid admirãdi patres illi aſſequantur, & quem fructum illis auaritia pariat, uideamus. Cum ſumpta demum uirili toga filii ſalubrem ac recte uiuendi normam, & ordinem aſpernantes ad immodeſtias, atq; ſeruiles ſe ſe præcipitauerint uoluptates, tũc ita liberos inſtituiſſe pœnitet. Cumq; nulla extat pœnitentiæ utilitas, ob illorũ flagitia ſe ſe diſcruciãt. Hi enim aſſentatores, paraſitoſq; recipiũt execrãdos homines, ac iuuẽtutis euerſores. Illi ſcorta, meretriceſq; ſuperbas, ac ſumptuoſas redimũt. Alii obſoniis, & exquiſitis ferculis dies tranſigũt. Quidã i alea, procaciſſimiſq; ſodalitiis uti naufragi demergunt. Non nulli iuuenilibus ſe ſe magis applicãtes malis adulteria, & omnia libidinũ genera complectunt. Qui ſi bonũ quempiã præceptorẽ, qualem eſſe deligendũ diximus, nacti eſſent, nunq̃ profecto induxiſſent in animũ, tam turpẽ uitam ducere. Honeſtã oportet eſſe uitæ regulam, & legitimam eruditionẽ. Hæc enim ſunt, quæ ad uirtutem, & ad bene, beateq; uiuendum plurimum adiumenti ſecũ afferũt. Cætera quidem bona humana ſunt, puſilla, & indigna, quæ tantis inſectemur ſtudiis. Pulchra mediuſſidius res eſt nobilitas. Sed maiorum illud noſtrorũ bonum eſt, ſiquidem ut apud Ouidium uere dixit Vlyſſes

Et genus, & prauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra uoco. Precioſæ quidem ſunt diuitiæ, Verum ea eſt fortunæ poſſeſſio, cum eas, & habentibus, ut quotidie cernimus adimat, & minime ſperantibus donet. Ade quod hæc quoq; ſceleratiſſimis hominibus communia ſunt. Gloria expetenda quidem res uidetur, ſed inconſtans, ac minime ſtabilis. Forma præcipuũ quoddã bonũ, & pro qua uẽdicanda magna ſæpenumero inter homines certamina oriantur, at caduca, paruoq; durans tempore.

Precioſa, & plurimi ſacienda ſanitas. Verũ permutationi prorſus obnoxia. Concupitæ ſane uires, & in partem beatitudinis collaudandæ, ſed facile, aut ægritudine, aut ſeneſtute cõtabeſcunt. Siquis omnino corpore glorietur, ſentẽtia falli ſe diſcat. Humana ſiquidem uis præ cęteris pars quota extat animãtibus, ut alia taceam, tauros, elephãtos, ac leones dico. Deniq; noſtris in rebus ſola, & immortalis, & diuina eſt eruditio. Ex uniuerſis autẽ duo humanæ naturæ præcipua bona ſunt, & propria, Intellectus, & ratio. Et intellectus quidem imperat, ratio aũt imperata excipit, ac obediens eſt. Hunc nullus fortunæ tollet incurſus. Nulla calumnia diſtrahet, nõ ægritudo corrumpet, neq; ſenectus ullo afficiet incõmodo. Solus intellectus eſt, qui uetuſtate repubeſcat. Cum reliqua omnia tempore minuant, Scientia de ſenectute incremẽtũ capit. Bellum omnia inſtar torrentis trahens, ac ferens ſolam doctrinam nequit eripere. Quare memorabile illud Stilbonis philoſophi reſpõſum. Nam cũ Demetrius captam illius patriã ſolo æquaſſet, ac percunctatus illũ eſſet nunquid ſuorum quicq̃ amiſiſſet ait Stilbo. Nihil certe, Omnia mea bona mecũ ſunt. Bellum enim nulla ex uirtute ſpolia ducit. Simile huic illud quoq; præclarum Socratis reſponſum. Nam, cũ Gorgias, ut opinor, ex eo quæreret. Num regem Perſarum felicẽ eſſe arbitraretur. Neſcio, inquit, quãtum habeat uirtutis, ac diſciplinæ, perinde, ac in hiſce, nõ in fortunæ bonis poſita ſit beatitudo. LEAN. Vera nimirũ iſta ſunt Flamini, quæ narras. Nec ego aliam puto in iuuentute mi ſceletũ, tot flagitiorũ, q̃ quæ a te narrata eſt, cauſam, & originẽ. Quis enim dubitet, ſi patrũ diligens educatio ſit, fore, ut nõ diſſimiles priſcorum noſtri iuuenes euadant? GASP. Age mi Flamini, quãdo uere, ac prudenter malorũ ſemina, & cauſas in filiis aperuiſti, ſcire ex te uelim, cur boni ſiqui ſunt magiſtri tam paruifiant, ac pleriq; contemptui, & ludibrio ſint. FLA. Dicam mi Gaſpar, nec minus uera eruiit, q̃ quæ hactenus audieris. Duæ ſunt potiſſimũ ex multis cauſæ. Auaritia parentum, quæ facit, ut ad deteriores magiſtros plerunq; fauor inclinet, & diſcentiũ improbitas, qui ex mala, quã didi

educatione, cum moribus ſint corruptiſſimis, ac ſuo uelint
modo uiuere, ſimiles ſibi magiſtros deligunt, morum ſcili/
cet, ac ingenio℞ corruptores peſſimos, adulatores, & aſſen
tatores mirificos, quia laxas dimittūt diſcipulis habenas, &
quicquid dicere, ac facere collibuerit, permittunt, gratiam
aucupantur corū, quos erudiēdos ſuſceperut. Filii uero ea
licentia, & talibus gaudētes blandimētis miris præcepto-
res eiuſmodi apud ſuos parentes laudibus efferūt. Credu-
li patres fere literarum prorſus ignari, quia putant paruo ſe
precio aſſecutos, qd maxime filiis optandū ſit, ac neceſſa/
rium, & ipſi maxime gaudent, & apud propinquos, & ami
cos filio℞ magiſtros in cœlum tollunt, ac ita paulatim gra
tiam, & fauorē uulgi, ac imperitæ multitudinis illis com-
parant. Contra uero ſi grauis, ſi boni, ac uere docti ludū ex
eo numero adoleſcēs intrauerit, ubi ſe diuerſis admodum
aſtringi legibus uiderit, & ubi exuere licentiam ueterē, le-
uitatem omnem, ac impudētiā oporteat, horret extemplo,
& tanꝗ teterrimū carcerem, & uincula peroſus refugit, ac
deteſtatur, & mox cauſas cōminiſcitur, quibus impruden-
ti perſuadeat pām. Nihil ad rem ſuā præceptorē eiuſmodi
facere. Nec prius detrahendi, ac maledicendi finem facit,
ꝗ credulus pater liberū illi relinquit, ut, quem malit, alium
ſibi præceptorē deligat. Talibus quidē & magiſtris, & di-
ſcipulis non ueſtra tantum hæc ciuitas, ſed & aliæ pleraq;
abundant, quoq; maiores ſunt, ac frequentiores, hoc ma-
ior eſt taliū licentia, & minor parentū cura. Minores enim
ciuitates, in quibus tanta populi frequentia nō eſt, melius
ſibi conſulunt, & cauent, a quibus plerunq; grammatici,
ac rhetores publice conducunt. Quod nō prius quidem
fieri ſolet, ꝗ per oratores, qui ad diuerſa loca mittuntur, di
ligenter exploratum fuerit, qui, & quales ſint cōducendi,
raroq; ibi gratia, & fauor quotūdam prænalet. Merita pro-
ſitentiū, & uirtutes anxia conſultatione, & acri iudicio exa
minantur. Neq; prius admittuntur, ꝗ conſtiterit, quæ uita,
qui mores, quæ doctrina eorum ſit, quo℞ inſtitutioni ſuos
liberos committant. In hac autē florentiſſima urbe, in quā
ex ultimis terrarū finibus, & extremotiſſimis etiam maris

Oceani inſulis ſtudiorum cauſa tot iuuenũ cœtus, tot nationum, & linguarum tanta multitudo confluit, pudet dicere, ꝙ nulla pene ſit ratio, nulla docentiũ cura. Modo quiſquã dũ appetat, ſatis putat, & nihil ultra quærendum arbitrant. Illud tantũmodo anxie quæritur, quanti doceat, non qui, & qualis ſit, qui docet. Hinc uidere eſt per totam urbẽ magiſtellos, & ſciolos quoſdam audacia, & impudentia, cum frontem perfricuerint, imperitum uulgus ambiẽtes, & gratiam ſibi, & authoritatẽ mira quadam arte comparantes, qui cum magna polliceantur, & paucis mẽſibus profecturos plurimũ ſub ſe pueros deſidioſis patribus perſuadeant, miram ſui opinionẽ per totam urbem diſſeminant, & primi profitentiũ exiſtimantur. Siquis autem uere doctus ueniat, cuius doctrina nõ ſolũ Italiæ, ſed exteris quoq; gentibus nota ſit, quiq; ſibi non hiſce artibus, ac doli neq; falſa imperitæ multitudinis pſuaſione, ſed et ſcriptis, & omniũ eruditorũ cõſenſu famam fuerit adeptus, contemnitur, & uulgi ſit fabula, ſi non & ipſe exigua ſtipe doceat, & decẽ, aut duodecim quadrantum mercedem publicet. Non igitur mirari oportet: ſi in hac numeroſa iuuẽtute ciuitatis huiuſce paucos admodum probos cernimus, & doctos euadere. Vbi enim ita neglecti a parentibus, tam male tractati ab imperitis præceptoribus ad pubertatẽ peruenerint adoleſcentes, & ſe ſe melius noſſe incipiũt, ac liberiorem uiuẽdi modum ingredi, nihil ſe, aut parum admodũ profeciſſe in literis ſentientes, non ſolum oderunt eas, ſed & pleriq; deteſtantur. Hinc fit, ut & egregia indole, & optimo præditi ingenio adoleſcentes ꝗ plurimi, ſi ditiores, & nobiliores ſint, quotidianis per urbem diſcurſationibus cum ſui ſimilibus tempus terãt. Sin plebeii, tabernas, & officinas reſpicere incipiãt, & iam tot annos in ſcholis uerſati fieri cerdones, aut tonſores malint. Hi demum ſunt paternæ auaritię, ac deſidiæ fructus. Sed ꝗ graueis luant pœnas, quia ſatis iam oſtendiſſe uidemur, non attinet dicere. GASP. Non ueriora fuere Apollinis reſponſa, ꝗ ea, quæ retuliſti Flamini. Quæ dum te narrantem audio, mira quædam indi-

gnatio

gnatio mentem ſubiit, atq; ita ſtultitiam, immo impieta-
tem magnorum etiam noſtræ ciuitatis hominum cerne-
re, ac deteſtari cœpi, ut non facile putauerim aliam eſſe
urbem, quæ tanto uitio magis laboret. Iuuentutem ue-
ro adeo corruptam, adeo effrænem uideo, ut ad omnia
præcipitem flagitia non poſſe magis fieri exiſtimem. Vti-
nam collecti unum in locum patres iſta cuncti audirent.
LEAN. At ſi etiam audiant, ſciant quidem uera di-
ci, ac ſe ipſos tacite accuſent, ubi tamen poſtmodum a-
bierint, tanquam nihil audierint, in ſententia perſiſtent.
Accuſaui ego multorum patrum negligentiam illam,
& tantum filiorum contemptum, & oſtendi, non ſuæ
tantum, ſed etiam natorum uitæ rationem deo reddi-
turos, & grauius etiam puniendos, quod authores ipſi
ſint, quicquid filii delinquant. Sed, ut uere dixiſti, tanti
huius mali fons, & origo eſt auaritia. FLA. Sed non
priuatum hoc ſolummodo malum eſt, uerum etiam pu-
blicum. Nam, qui Rempublicã adminiſtrãt, imorum im-
primis ſuæ ciuitatis gerere curam debent, ut recte, ut cum
tranquillitate uiuatur. At unde meliores, quam de ſan-
ctis ſcholis prodeunt ciues? GASP. Quid publice fieri
uelles Flaminii? FLA. Quid fieri uellem? Rem ſane uti-
liſſimam, & qua nulla ſanctior decerni, & antiquior poſ-
ſet. GASP. Quæ ſit, audiam libenter, & ſi fieri poſſe
uideam, omne ſtudium, & operam, ut fiat, libentiſſime il-
li dedicem. FLA. Quattuor perquirendos publice cen-
ſeo, quibus in locis queant inueniri, ſpectatæ probitatis,
ac doctrinæ uiros, quibus honeſta ſalaria decernantur. Vt
ii quattuor in partibus, quæ magis opportunæ ſint, ut-
bis ſtatuantur, ad quos non minores decem annis pue-
ri, dein puberes conueniant, & unicuiq; liberum ſit, mo-
do diſcere literas uelit, accedere. Qui tamen priuatam
mercedem, quantam æquum ſit, præter publicam pen-
dant, niſi forte tanta publice decreta fuerit, quod multo
melius, ac pulchrius foret, ut ea ſufficere cõductis poſſe ui
deat. Mult.n. quos uel auaritia retrahit, uel egeſtas impe
dit, publica liberalitate, ac beneficẽtia illecti filios traderẽt

ſi forte noſtro impulſu hac de re publica conſultatio conti-
gerit. FLA. Faciam id quidem, ac ſedulo, & alios percun-
ctabor. Sed hic quoq; nõ deſunt ex ueſtris ciuibus, qui iam
diu clarum nomen inter doctos adepti ſunt, quos etiam ſu
per hac re cõſulere poſſitis. Io. Baptiſta Pius. Iacobus Cru
ceſis. Achilles Bocchius Phileros. Philippus Phaſianinus,
& Sebaſtianus cognomẽto Scarpa, omnes uiri doctiſſimi,
optimus præterea, & literatiſſimus Comes Andreas Bẽti-
uolus, & alii non pauci, quos ſcio dolere, cum publice ma-
gna cum laude in ſua patria profiteantur, quãdo alienige-
nas bonis præditos literis ſuas ingredi ſcholas cernũt, ſuo-
rum autẽ ciuium liberos peſſime inſtructos illis admitteri.
Verum mei nullam hic prorſus fieri mẽtionem uolo, tum
quia tanto me oneri eſſe imparem puto, tum quia uiuere
mihi, nec alium ſubire laborem, q̃ eum, quem ſupra dixi,
deinceps decreui. Hac de cauſa nulli adhuc efficere potue
runt, ut ſententiã mutauerim. Nam multi quidẽ me quo-
tannis hortati ſunt. Quidam etiã ſummis rogarunt preci-
bus, ut me conduci ſinerem honeſtiſſimũ pollicẽtes ſtipẽ-
dium, & aliquãdo publice hic etiã profiteri ego quoq; inci-
perem. GASP. Cur aũt in iſta ſententia adeo ſis pertinax,
& publicæ utilitati, quam ipſe admones, deſis? FLA. Iam
dixi, quid, & cur ita mihi decretum ſit. Nec mea conſilia, q̃
tu, ac Leäder melius nouit quiſq̃, ne me quæſo roges nihil
hac una in re profecturus, qua excepta nemo ſit, cui magis
omnia gratificari uelim. Dii boni quãtũ ciuitatis huius or-
namentũ futurũ. Quæ decora, quot, & quanta bona ſecu-
tura uideo. q̃ breui replendam præclaris ciuibus hanc ur-
bem florentiſſimã. Quantũ dedecus, quo certe diu ciuitas
non caruit, abradendum. Quam enim abſurdum eſt, tot
externos quotannis ex omnibus orbis terræ partibus poſt
certum tempus ornatiſſimos liberis ad ſuos reuerti. Bono-
nienſes aũt, quibus domeſtica hęc eſſe laus, & gloria debe
ret, paucos admodum doctos relinqui? Sed ut cœptã Inſti
tutionem proſequar, Sũma parẽtibus in delectu pręcepto-
rum eſſe cautio debet, qui artem docendi q̃optime teneãt.
Nihil enim, ut Quintilianus ait peius eſt iis, qui paulũ ul-

tra primas literas progreſſi falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionẽ
induerũt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignant, &
uelut iure quodã poteſtatis, quo fere hoc hominu genus
intumeſcit, imperioſi, atq; interim ſæuientes ſtultitiam ſuã
perdocent. Nec minus etiã eorũ nocet moribus. Siquidẽ
Leonides Alexandri pædagogus, ut a babylonio Dioge-
ne tradit, quibuſdam cũ uitiis imbuit, quæ robuſtũ quoq;
& maximũ regem ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecu-
ta. Tradẽdi ergo ſunt optimis præceptoribus filii, ut & ipſi
boni, & docti euadant. Nanq;, ut eſt in Platonis Republica
de præſidibus, ſimile quiddam in ſcholis cõtingat, ut præ-
ceptorũ mores induãt diſcipuli, & illorũ ſimiles euadant, ſi
frequẽter illis adhæſerint, ſi eorũ cõſuetudine, ac, ſi fieri poſ
ſit, contubernio etiã gaudeant, & utanť. Zenonem Clean-
tes, ut ait Seneca, non expreſſiſſet, ſi eum tantũmodo audiſ
ſet. Vitæ eius interfuit, ſecreta perſpexit. Obſeruauit illum,
num ex formula ſua uiueret. Plato, & Ariſtoteles, & omnis
in diuerſum i tura ſapiẽtũ turba plus ex moribus, q̃ ex uer-
bis Socratis traxit. Metrodorũ, & Hermarchum magnos
uiros nõ ſchola Epicuri, ſed contuberniũ fecit. Hinc factũ
eſt, ut Boetius quoq; de noſtris grauiſſimus quidẽ philoſo-
phus diſcipulo, admoneat, ut, ſi poſſint, cũ præceptore co
habitent. Propterea diuus quoq; Hieronymus in Aureolo
dixit. Feſtino igiť gradu pergamus ad magiſtros, & eorũ
teramus limina. Monet hoc etiã egregie Cicero in illo, qđ
de amicitia ſcripſit, opuſculo, cum inquit. Ego aũt a patre
ita eram deductus ad Sæuolã ſumpta uirili toga, ut quoad
licerei, & poſſem, a ſenis latere nunq̃ diſcederẽ. Itaq; mul-
ta ab eo prudenter diſputata, multa etiã breuiter, & cõmo
de dicta memoriæ mandabam, fieriq; ſtudebam eius pru-
dentia doctior. Verum ut hoc libentius faciant filii, parẽ-
tũ cura eſſe debet, & quidem primaria, ut ſuos præcepto-
res reuereantur imprimis, ac uenerentur. Hinc mutua cha
ritas conciliatur, fitq;, ut præceptores ipſi diſcipulos nõ al-
ter, ac filios ament, nec ſecus eos, q̃ parentes diſcipuli.
De quo naſcitur docendi, ac diſcendi ſtudium uehemens,

ac mira

ac mira quædam concertatio. Propter quod cum multa de officio docentiũ dixer primo inſtitutionum libro Quintilianus, demum ait. Diſcipulos interim in unũ moneo, ut præceptores ſuos non minus, q̃ ipſa ſtudia ament, & parẽtes eſſe non quidem corporum, ſed mentiũ credant. Multum hæc pietas confert ſtudio: Nam ita & libenter audiẽt, & dictis credent. Videte quæſo, quid Cicero quoq; de hac re dicat, & q̃ anente, q̃ accurate filium moneat. Ait enim: Non minus pręceptorẽ amare habes, q̃ ipſa ſtudia, cũ ipſe alter exiſtat pater non dico corporũ, ſed mentiũ multo magis illis excellentiũ. Libẽter uelis audire, & dictis credere, & illi, ut ſimilis ſias deſiderare, & te tandẽ inter alios ſtudẽtes lætum, & alacrẽ reddere. Quanta aũt priſcis illis hominibus cura fuerit, ut ſuus honor præceptoribus, ſua reuerentia conſtaret, Satyra ſeptima Iuuenalis indicat, qui ait.

Dii maiorum umbris tenuem, & ſine pondere terram,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer,
Qui præceptorem ſancti uoluere parentis
Eſſe loco. metuens uirgæ iam grandis Achilles
Cantabat patriis in montibus. & cui non tunc
Eliceret riſum cythatœdi cauda magiſtri.

Verum quod pręceptores contemnantur, plerunq; uitio parentum fit, quorum magna pars, quoties præſentibus filiis eorum mentio incidit, ita loquuntur, ut non pluris eos facere uideantur, q̃ ſtabularios, aut uiles culinæ miniſtros. Præcipue uero tunc eos floccipendunt, quando illorum uerbis ſuos diſcipuli patres etiam precibus dilatam in multos menſes mercedem poſcunt: ſi præſertim bis, ter ue illam poſtulare cõtigerit. Nã pꝑauci ſunt, q ſemel rogati ſoluãt. Tũc.n. moleſtos nimiũ, impudẽtes, ac importunos uocãt magiſtros, & aliũ ſe præceptorẽ, q patiẽtior ſit, cõqſituros minant. Tũc maledicũt abſentibus, & illis imperitiam, uel ignauiam, uel aliud quodlibet uitiũ obiiciũt, & quid tandẽ filii didicerint, percunctant. Audiũt hæc pueri, & cõtemnere iam præceptores diſcũt. Et, cũ maxime ætas illa nouitate, ac mutatione gaudeat, uel quia uapulauerint, uel quia ſe liberiores alibi futuros opinant, uel certe quia literas, ue

pleriſq; mos eſt, oderint, cõtemnere & ipſi præceptores ſcipiũt.
Scio ego, & expertus ſum, hanc parentũ improbitatẽ per-
nicioſiſſimã pueris eſſe. Sed & huius mali cauſa eſt, de qua
iam toties queſti ſumus auaritia, Nam cum exiguã ſtipem
pro impendẽdo maximo labore pacti ſint, cum ſoluẽdi tẽ-
pus aduenit, grauis, & oneroſa nimium uidetur, nec ullam,
niſi propriæ utilitatis, & cõmodi rationẽ habent, parũ intel
ligentes, non poſſe facile grammatico labori, ac moleſtiæ
alium laborem, ac moleſtia comparari. Quod intelligens
Iuuenalis in eadem ſatyra inquit.

Quis gremio Enceladi, doctiq; Palæmonis offert,
Quantum grammaticus meruit labor? & tamen ex hoc
Quodcunq; eſt, minus eſt autẽ, q̃ rhetoris æra,
Diſcipuli cuſtos præmordet Acenetus ipſe,
Et, qui diſpenſat, frangit ſibi. cede Palæmon,
Et patere inde aliquid decreſcere, non aliter, q̃
Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; caduci. Et poſtmodũ.
Rata tamen merces, quæ cognitione tribuni
Nõ egeat. Quia ſæpenumero opus eſt in ius uocare debi
tores eiuſmodi, & cũ magno ſuo dedecore cogunt ſolue-
re, quod nõ rogati, ſed ſponte, ac liberaliter ſoluere debue-
rant. GAS. Hoc uitio Flaminii nõ ſolum noſtra ciuitas, ſed
& cæteræ, ac omnes ætates multis iam ſeculis laborarunt.
Quia, ut ille uere inquit.

Scire uolunt omnes, mercedem ſoluere nemo. GAS. Veq;
putaſne aliis parentũ uitiis filiorũ mores corrumpi? FLA.
Plurimis quidem aliis, & maximis, quæ in unum breuiter
colligam. Vita parẽtum deteſtabilis, & peſſima inde filiis
exempla, & domeſticæ diſciplinæ pleriſq; cura nulla. At
primũ de patribus, mox de cæteris domeſticis dicam. No
ſtris huius ſeculi patres qua grauitate, qua morum, & uitæ
formula exemplo eſſe liberis ſtudẽt? ut laudãdæ uitæ prin
cipia ductu ſuo auſpicentur? De pleriſq;, non de omnibus
mihi ſermo eſt. Nam dicere nullos eſſe, qui per ueſtigia no
ſtrorũ maiorũ gradiantur, inhumanũ certe, ac nimis impiũ
foret. Sed eos ſi maiori numero compares, pauci admodũ
ſunt. Verum ex paucis illis unũ te eſſe, procul abſit adula-
tio

rio,iandiu Gaſpar experior. Vtinam,multos haberemus in hac urbe tui ſimiles. Mali ergo patres pſentibus filiis quid dicere?Quid facere nō audent?Quoq; genere,ac opibus nobiliores ſunt,hoc minus illos ſuorū flagitiorum pudet. Audientibus filiis de amoribus ſuis,&;aliorū loquunt. plurimus de ſcortis ſermo eſt. Gloriantur,quod re amata potiti ſunt,nec fœdiſſimis,dū talia loquunt,uerbis abſtinent,& quas natura uelauit,corporis partes turpitudine ſermonis,ae impudētia uerborū detegunt. Et,quæ audire immo cogitare etiam turpe eſt aperte fantur,& nominant. Lenones,& ſcurras ſuis intereſſe cœnis magnificū,ae propriū nobilitatis arbitrantur. Loqui de diſcordiis,& ſua in hos,aut illos odia detegere,& patratis gloriari cædibus uirile,ae magnanimū putant. Quid de uanitate,deq; luxuria ueſtium,& quadam quaſi ſtrage ſericarū,& omnis generis indumentorū dicam?Quam præterea religionē? Quem dei cultum filios docent ipſi cerimoniarū omniū contemptores impudentiſſimi?Si dei metum quiſpiam præſeſetat,ludibrio eſt. Siquis ieiunādū,eūdū ue ad ſacras ædeis,dum horaria cantant officia,dum ſacræ conciones habētur,dicat,menteeaptus exiſtimat,& ab omnibus,qui adſunt,deridetur. Si mandata dei,ſi edicta eccleſiæ pontificia quis nominet,cachinū tollunt,q audiūt,& inſanire hominem,qui ad memoriam talia redigat,aiunt. Atq; ut audaciam,& impudētiam illorū alant,nondū egreſſis infantiam ad latus telum ſuſpendunt. Profana loqui uerba non ſolum permittunt,ſed etiam docent. Patiuntur patres his tot flagitiis intereſſe filios,& aſſuefieri,& in iis futuræ probitatis fundamenta iacere,cum nihil:quod dictu:factuq; ſit fœdum latere illos ſinant,immo gaudeāt,ſi futuram filiorū audaciam coniecturis colligant,ae per ſua inceſſuros ueſtigia ſperent. Mares eſſe,ac futuros uiros aiunt. Aliorū contemptui,ac deriſui iam inde aſſuefaciunt,ut ſuis demū flagitiis ſuperbiant,& glorient. Talibus peſſime imbutos poſtea præceptoribus commendant,& inquinatiſſima ingenia ſacris literarum initiari uolunt,& ſperant in iis poſſe proficere. Quod ſi non fiat,non id corruptiſſimis illoꝝ mo

inhæſerint, tenaciter retinentur. Pater igitur nõ aliter tur-
pibus dictis, factiſq; omnibus præſente puero abſtineat, q̃
ſi penetralibus ſacris inſederit. Nanq; ut idẽ poeta inquit.
Maxima debetur puero reuerentia: ſiquid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos:
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Verũ ab hiſce nõ tñ abſtinere pater ipſe debet: Sed & dili
gentiſſime cauere: ne qui ex domeſticis, uel aliũde uenietī-
bus dicãt, aut faciãt, quæ malis exemplis teneros animos
inquinẽt. Præterea ſapientiſſime idẽ poeta monet inquiẽs.
Nil dictu fœdum, uiſuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt. procul hinc, procul eſte puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.
Aſpiciat ſine labe domum, uitioq; carentem.
Ergo nõ ſufficit, patrem eſſe talem, qualem eſſe debere ſu-
pra mõſtrauimus. Cura quoq; de domeſticis, & omnibus
aduenientibus eadem intendẽda eſt. Cum iis etenim diu-
tius, atq; liberius, ſed & libentius uerſantur pueri, quia illis
blandiuntur famuli, & ſe morigeros exhibent, & dños ple
runq; fallunt, dum eſſe fide credunt integra, & inuiolabili,
a quibus, quia nõ timet, maior uenit plaga, dum uel bre-
ui futuros ipſos quoq; dños uidẽt, & illorũ iam gratiã aucu-
pantur, uel turpi capiunt amore nimia familiaritate illorũ,
& conſuetudine, dum ſuam explere libidinẽ cõmode poſ-
ſunt. Nec fallor. Scio quid loquar. Hæc nõ ſemel deprehẽ-
di. Dicere nõ attinet, quomodo deprehenderim, dum no-
bilium familiarũ traditos mihi pueros inſtituo. Poſſem ad-
ducere, ſi uellem exempla non remota, niſi me pudor, &
honoris eorum, quorum habenda mihi ratio eſt, cauſa re-
traheret. Nihil aperte, niſi quod poſſum, & decet, loquar.
Quidam boni certe partes, quibus cum magna mihi fa-
miliaritas intercedit, ſua probitate metientes cæteros, ac
ſibi alios eſſe ſimiles rati, dum nimium famulis, & ſimili-
bus in propria domo fidũt, nec maiorem noctis, quam di-
ei rationem habent, in magnas ſolicitudines, atq; dedeco-
ra prolapſi ſunt, neſcientes, quid ætatis, & plumarũ pariat
calor. Quot impudici ſermones ſecreto habent? Quot tur

nicia, & eam, cui titulus eſt Nebulæ, comœdiã edidiſſet, & aſtãtum quidam talia decantans dixiſſet. Nũquid iſta Socrates iniquo fers animo? Minime ait. Siquidem in theatro perinde, ac in magno conuiuio ſalibus mordeor. Similia ſunt, quæ de Archita Tarẽtino, & Platone referam. Ex bello reuerſus Architas, nam rei militari tunc operam dabat, quanq̃ nõ idem Valerius Maximus ſentit, quod Plutarchus. Nam Valerius ex Italia reuerſum ait, ubi diu Pythagoræ uacauerat, agrum ſuum incultum, & ſqualẽtem offendit. accitoq; uillico ait. Male te mulctaſſem, niſi iratus eſſem. Plato aũt aduerſus deditum uentri ſeruũ ita percitus uocato ad ſe Speuſippo ſororis filio abi, inquit, hũc uerbera, nam nimiũ ego iratus ſum. Ardua hæc ſane, & imitatu difficilia. totis tamẽ uiribus enitẽdũ eſt, ut talibus exemplis animi ſtænare impetus diſcant, & iram compeſcere. Taciturnitati quoq; non minus aſſueſaciẽdi. Quam ſiquis paruam rem, & contemptibilem putat, magnopere fallitur. Magnæ enim ſapientiæ tempeſtiuum ſilentiũ, & omni certe ſermone præſtantius. Idcirco myſticas priſci deſignaſſe cerimonias uident, ut ex illis capta ſilẽdi cõſuetudine deorum metũ ad humanorũ fidem arcanorũ transferamus. Interrat maledico ſermoni Xenocrates, & cũ ſummũ ipſe ſilentium ſeruaret, percunctanti cuidã, cur ſolus ipſe linguã cohiberet, quia, inquit, pœnitet me aliquãdo locutũ eſſe, tacuiſſe nunq̃. Ariſtoteles Caliſthenem auditorẽ ſuum ad Alexandrũ mittẽs admonuit, ut coram eo, aut q̃ rariſſime, aut q iucundiſſime loqueret. At ille dum Alexandrũ Perſica Macedonũ ſalutatione gaudẽtem obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitum reuocare perſeuerat, ſeram neglecti conſilii mortiuſſus pœnitentiã egit. Cleobolus Lindius aiebat, linguã habere laudabilẽ propriũ uirtutis eſſe. Interrogatus Anacharſis ſcytha, Quid homini bonũ eſſet ac malum. Lingua inquit, Cuius quidem philoſophi imaginibus inſcribebat. Lingua uentre pudẽdis continendũ. Zeno citiæus adoleſcenti loquaci ait, aures tuæ in linguã confluxere. Itidem alii non minus loquaci iccirco, inquit, aures habemus duas, & os unum, ut plura audiamus, lo-

quamuis pauca. Idem in conuiuio tacitus ſedebat, quærẽti cauſam. Nũcia, inquit, regi adeſſe quẽdã, qui tacere ſciat. Qui autẽ quæſierat, unus de legatis erat, qui a Ptolemæo rege aduenerant, & diſcere cupiebant, quid de illo regi nunciarẽt. Magna ergo hæc uirtus eſt, & quæ plurimum utilitatis, ac ornamẽti afferat. Et propterea illi ſtatim a principio aſſueſaciẽdi ſunt pueri, & in ea frequẽti admonitione continẽdi. Nihil enim ætati illi magis indecorũ eſt impudentia. Iccirco Troadenſis Lycon uir eloquentia clarus, & educandis, inſtituendiſq; pueris maxime idoneus habitus aiebat. Pueris neceſſario adiũgi laudis ſtudiũ, & pudorem uelut equis calcar, & fræniũ. LEAN. Prudenter certe, copioſe, ac elegãter omnia iſta Flamini, nec, niſi uia, quã pulchre oſtendiſti, recte duci puerũ eam poſſe arbitror. Vnum occurrit, de quo quid tu ſentias, qui diu expertus es, ſcire magnopere cupio. Sint ne pueri domi, ut pleriq; in noſtra ciuitate potentiorũ liberi ſolent, an potius in ſcholis inſtituendi, nam fauores in utrãq; partem inclinant. GAS. Ne me intuere Flamini, nec te mea præſentia impediat, quin libere loquaris, quod ſentias, & Leandro noſtro morẽ geras, quia me domi ſemper habere pædagogũ ſcias. FLA. Video me offenſurum multos, in utram partẽ ſermo uertatur. Sed rationẽ inueniam, qua me, ut puto, exoluã, neq; quid ego ſentiam, ſed quid multo grauior arbiter ſenſerit, ne ignoretis, faciam. Verba ipſa Quintiliani referã grauiſſimi iudicis ſuper quæſtione tali, quæ libro eius inſtitutionũ primo ſcripta ſunt, ait enim. Sed iam nobis, iam accreſcere puer, & exire de gremio, ac diſcere ſerio incipiat. Hoc igitur potiſſimũ loco tractanda quæſtio eſt, utiliusne ſit domi, atq; intra priuatos parietes ſtudentẽ continere, an ſequentiæ ſcholarum, & uelut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem tum ab iis a quibus clariſſimarum ciuitatũ mores ſunt inſtituti, tum eminentiſſimis authoribus uideo placuiſſe. Non eſt tamen diſſimulandũ, eſſe non nullos, qui ab hoc prope publico more priuata quadã perſuaſione diſſentiãt. Ii duas præcipue rõnes ſequi uident. Vnã, qd moribus cõſulãt fugiẽdo turbã hominũ eius ætatis, quæ ſit ad

uitia

uitia maxime prona, unde cauſas turpiũ factorũ ſæpe exti-
tiſſe uirinã falſo iactaret. Alterã, quod quiſquis futurus ẽ ille
præceptor liberalius tẽpora ſua impenſurus uni uidet, q̃ ſi
eadẽ in plures partiat. Prior cauſa prorſus grauis, Nã ſi ſtu-
diis quidẽ ſcholas prodeſſe, moribus aũt nocere conſtaret,
potior mihi ratio uiuẽdi honeſte, q̃ uel optime diſcendi ui-
deret. Sed mea quidẽ ſententia iuncta iſta, atq; indiſcreta
ſunt, neq; enim eſſe oratorem, niſi bonum uirum iudico, &
fieri etiam, ſi poteſt, uolo. De hac re igitur corrumpi mores
in ſcholis putant. Nam & corrumpant interim. Sed domi
quoq; & ſunt multa eius rei exempla tã læſæ hercle, q̃ cõ-
ſeruatæ utrobiq; opinionis. Natura cuiuſq; totũ, curaq; di-
ſtat. Da mentem ad peiora facilẽ. Da negligẽtiam formã-
di, cuſtodiendiq; in ætate prima pudoris, non minorẽ fla-
gitiis occaſionem ſecreta præbuerint. Nam & eſſe poteſt
turpis domeſticus ille præceptor, nec tutior inter ſeruos
malos, q̃ ingenuos parum modeſtos conuerſatio eſt. At ſi
bona ipſius indoles, ſi non ſopita parentum ſocordia eſt,
& præceptorem eligere ſanctiſſimum quenq;, cuius rei
præcipua prudentibus cura eſt, & diſciplinam, quæ ma-
xime ſeuera ſit, licet. & nihilominus amicum grauem, ui-
rum liberum, aut fidelem libertum lateri ſilii ſui adiun-
gere, cuius aſſiduus comitatus etiam illos meliores faciet,
qui timebuntur. Facile erat huius metus remedium.
Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perdere-
mus: Infantiam ſtatim deliciis ſoluimus. Mollis illa edu-
catio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes &
mentis, & corporis frangit. Quid non adultus concupi-
ſcet, qui in purpuris repit? Nondum prima uerba expri-
mit, iam coquum intelligit. Iam conchylium poſcit. Ante
palatum eorum, q̃ mores inſtituimus. In lecticis creſcunt.
Si terram attigerint, e manibus utrinque ſuſtinentium
pendent. Gaudemus, ſiquid licentius dixerint. Ver-
ba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis riſu,
& oſculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus, ex
nobis audierunt. Noſtras amicas, noſtros concubinos
uident. Omne conuiuium obſcœnis canticis ſtrepit.

pudenda dictu ſpectantur. Fit ex his conſuetudo, deinde natura. Diſcunt hæc miſeri, ante quam ſciant uitia eſſe. Inde ſoluti, ac fluentes non accipiunt in ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferunt. Verum in ſtudiis magis uacabit unus uni. Ante omnia nihil prohibet, eſſe iſtum neſcio quẽ unum etiam cum eo, qui in ſcholis eruditur. Sed etiam, ſi iungi uterq; non poſſet, lumen tamen illorum conuentus honeſtiſſimi tenebris, ac ſolitudini prætuliſſem. Nam optimus quiſq; præceptor frequẽtia gaudet, ac maiore ſe theatro dignum putat. At fere minores ex conſcientia ſuæ infirmitatis hærere ſingulis, & officio fungi quodãmodo pædagogorũ nõ indignant. Sed præſtet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctiſſimũ, atq; incomparabilẽ magiſtrum domi habeat, non tamen totũ in uno die conſumpturus eſt. Haud poteſt eſſe illa tam perpetua diſcentis intentio, quæ non ut uiſus oculorũ obtutu continuo fatiget, cum præſertim multo plus ſecreti temporis ſtudia deſiderent. Neq; enim ſcribẽti, & cogitãti præceptor aſſiſtit, quorum aliquid agentibus cuiuſcunq; interuentus impedimẽto eſt. Lectio quoq; non omnis, nec ſemper præeunte, uel interpretante eget. Quando enim tot authorũ notitia contingeret? Ergo modicum tempus eſt, quo in totum diẽ uelut opus ordinetur. Ideo per plures ire poſſunt etiam quæ ſingulis tradenda ſunt. Pleraq; uero hanc cõditionẽ habẽt, ut eadẽ uoce ſimul ad omnes perferantur. Taceo de partitionibus, & declamationibus rhetorũ, quibus certe quantuſcunq; numerus adhibeatur, tamen unuſquiſq; totum feret. Non enim uox illa præceptoris, ut cœna minus pluribus ſufficit, ſed ut ſol uniuerſis idem lucis, caloriſq; largit. Grãmaticus quoq; ſi de ratione diſſerat, ſi queſtiones explicet, hiſtorias exponat, poemata enarret, tot illa diſcent, quot audient. At enim emẽdationi, prælectioniq; numerus obſtat. Sit incõmodũ, nam quid undiq; placet? mox illud cõparabimus cõmodis. Nec ego tamen eo mitti puerũ uolo, ubi negligatur. Sed neq; præceptor bonus maiore ſe turba q̃ ut ſuſtinere eam poſſit, onerauerit. Et imprimis ea habenda cura eſt, ut is omnino fiat nobis familiariter amicus, ne

officium

officium in docẽdo ſpectet, ſed affectum. Ita nunq̃ erimus in turba. Nec ſane quiſq; literis ſaltẽ leuiter imbutus eum, in quo ſtudium, ingeniumq; perſpexerit, non in ſuã quoq; peculiariter ſouebit. Sed ut fugendæ ſunt magnæ ſcholæ, cui ne ipſe quidem rei aſſentior, ſi ad aliquem merito concurritur, non tamen hoc eo ualet, ut fugiẽdæ ſint omnino ſcholæ. Aliud eſt enim uitare eas, aliud eligere. Et ſi confutauimus, quæ contra dicunt, iam explicemus, quid ipſi ſequamur. Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media Repu. uiuẽdũ eſt, aſſueſcat iam a tenero nõ reformidare homines, neq; illa ſolitaria, & uelut umbratili uita palleſcere. Excitanda mens, & attollenda ſemper eſt, quæ in huiuſmodi ſecretis aut langueſcit, & quendam uelut in opaco ſitum ducit, aut contra tumeſcit inani perſuaſione. Neceſſe eſt enim ſibi nimiũ tribuat, qui ſe nemini comparat. Deinde, cum proferẽda ſint ſtudia caligat in ſole, & omnia noua offendit, ut qui ſolus didicerit, quod inter multos faciendũ eſt. Mitto amicitias, quæ uſq; ad ſenectutem firmiſſimæ durant religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Nec enim ſanctius eſt ſacris iiſdem, q̃ ſtudiis initiari. Senſum ipſum, qui cõmunis dicitur, ubi diſcet, ubi ſe a cõgreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoq; animalibus naturalis, ſegregarit? Adde, quod domi ea ſola diſcere poteſt, quæ ipſi præcipientur. in ſchola etiã aliis, quæ audiet multa quotidie probari, multa corrigi. Proderit alicuius obiurgata deſidia. Proderit laudata induſtria. Excitabitur laude æmulatio. Turpe ducet cedere pari. Pulchrum ſuperaſſe maiores: Accẽdẽt hæc omnia animos, & licet ipſa uitium ſit ambitio frequenter, tamen cauſa uirtutum eſt. Sed ſicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, & adhuc teneris condiſcipulorum, q̃ præceptorũ iucundior hoc ipſo, quod facilior imitatio eſt. Vix enim ſe prima elementa ad ſpem tollere effingendæ, quam ſummã putant, eloquentiæ audebũt. Proxima amplectuntur magis, ut uites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ramos in cacumina euadũt. Quod adeo uerũ eſt, ut ipſius etiam magiſtri, ſi tamen ambitioſis

utilia præſerat, hoc opus ſit, cum adhuc rudia tractabit in-
genia, non ſtatim onerare infirmitatem diſcentium, Sed
temperare uires ſuas, & ad intellectum diſcentis deſcēde-
re. Nam ut uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris co-
piam reſpuūt, Senſim aūt influentibus, ac ſtillātibus com-
plentur, Sic animi puerorū, quātum excipere poſſint, uidē-
dum eſt. Nam maiora intellectu uelut parū aptos ad perci
piendū animos non ſubibunt. Vtile igitur eſt habere, quos
imitari primū, mox uincere uelit. Ita paulatim & ſuperio-
rum ſpes erit. His adiicio præceptores ipſos non idem mē-
tis, & ſpiritus in dicendo poſſe cōcipere ſingulis tātū præ-
ſentibus, quod illa celebritate audiētiū inſtinctos. Maxima
enim pars eloquētiæ cōſtat animo. Hunc affici, hunc cōci-
pere imagines rerum, & transformari quodāmodo ad na-
turam eorū, de quibus loquimur, neceſſe eſt. Is porro, quo
generoſior, celſiorq; eſt, hoc moribus uelut organis cōmo-
uetur, ideoq; & laude creſcit, & impetu augetur, & aliquid
magnū agere gaudet. Eſt quædam tacita indignatio uim
dicēdi tantis comparatam laboribus ad unū auditorē, de-
mittere. Pudet ſupra modū ſermones attollere. Et ſane qs
concipiat uel declamantis habitū? uel orantis uocem? in-
ceſſum? pronunciationem? illum denique animi, & corporis
motum? ſudorem? ut alia præterea, & fatigationem audiē-
te uno? Non ne quiddam pati ſimile furori uideatur? Non
eſſet in rebus humanis eloquentia, ſi tantom cum ſingulis
loqueremur. Quam grauis, q̄q; omnibus penſiata parti-
bus ſit Quintiliani ſententia, uidetis. Ne ultra exp:ĉtetis,
quæ mea ſit de hac re ſentētia. LEAN. Nihil certe uerius,
copioſius, & ſanctius dici poſſe arbitror. FLA. Nouerat
acutiſſimus, ac facundiſſimus ille uir, qui pueros, ac iuue-
nes annos. xx. ſumma cum laude inſtituerat, &, quæ dicit
omnia, longo & acri experimento fuerat expertus, neq; in
aliquo falli poterat. Vitas & mores ſibi cōmiſſorum diligē
tiſſime perſcrutatus. GASP. Placēt mihi mirifice, & uera
eſſe intelligo, quæ tantus ille ſcriptor poſteris tradidit. Si
tamen illius conſiliū ſequamur hoc noſtro ſeculo, quo nul
lum unq̄ fuiſſe corruptius exiſtimo, uereor, ne pleriq; pa-
tres

tres in maxima dedecora prolabamur. FLA. Quomodo id Gaſpar futurum putas? GAS. Dicam. Audio quotidie tot in ſcholis flagitia patrari, ut patres illi inſanire mihi uideant, qui filios ſinant eas ingredi. FLA. At tu de quibus loqueris ſcholis? GAS. De iis, in quibus profitentur humanitatis, ut dici ſolet, profeſſores. Nã tati alias præter q̃ grãmaticorũ ingrediunt ſcholas pueri. FLA. Hic ego tecum ſentio. LEAN. Adeone capti mente ſunt ulli patres, ut liberos ſuos illas ingredi ſinant? O bone deus, an tanta uecordia cuiq; innata eſt? FLA. Tũ uero mi Leãder miraere, immo ſimilis attonito fieres, ſi ea, q̃ quotidie audio, & hiſce oculis ipſe uidi, ſcires. GAS. Cupio mi Flaminí aliqua ex te audire, licet multi quotidie narrẽt, quãdo tu iis interfuiſti. Nam uerisſima putabo, quæ ex te cognouero, ut cautor adhuc fiam, ac tuo admonitu melius impoſterum liberis meis cauere poſſim. FLA. Vide quo me inducas. Nam difficilem mihi narrationẽ proponis. & quid agã, & an tibi morẽ gerã incertus ſum. GASP. Quid te retrahit? Quid te impedit Flamini? Ne uerere, & omnibus profutura audacter loquere. Qui ſcis, an ſic multis i hac noſtra ciuitate patribus oculos, ut dici ſolet, aperias? LEAN. Nõ eſt boni uiri linguã ad ea cohibere, quæ ad publicã utilitatẽ ſpectãt. & certe contrariã rẽ ingenio, ac moribus tuis faceres, ſi tantæ utilitatis rẽ ſilentio tegeres, ac deũ præcipue offenderes, qui per Prophetã tibi, ac ceteris, qui tali officio ſecte fungi queunt, ſic imperat. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocẽ tuã, & annuncia populo meo ſcelera eorũ. Quare quicqd eſt, libere effare. FLA. Noſtis illud uulgatum poetæ comici adagium. Obſequium amicos, ueritas odium parit. LEAN. At iſtud uitioſorũ quorũdã odiũ magnã tibi apud bonos q̃plurimos gratiã cõciliabit, & tiõ modicã pariet laudẽ. GAS. Id minime dubiũ ẽ. Nõ improbo tũ tibi, ſed proborũ habẽda ratio eſt. FLA. Quido uobis ita uidetur, atq; ut ita faciã iubetis, & ut græci dicũt ἐλευθέρου ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν. ideſt liberi hominis eſt uera dicere. & præceptũ illud eſt ἐλεύθερον φύλασσε τὸν αὐτοῦ τρόπον. ideſt liberum ſerua tui ipſius morem. Nam

mihi: ut ſcitis liberam natura linguam dedit, ſic tamen,
ut nunq̃ modeſtiæ limitẽ traſgrediar. Adhibebo igit̃ quã-
tum fieri poterit, temperamentũ iis, quæ mihi uobis in iu
uenibus enuncianda ſunt turpia, ut quicunq; a me dicta
etiam improbi audierint, me pudoris mei non oblitum fa-
teantur. Quod q̃ difficile ſit, ubi niſi de turpibus, & obſcœ
nis ſermo eſt, ſcio uos non ignorare. Verum audite quæſo
attente, quæ dicturus ſum, & qualia ſint, iudicate. De loco
primum mihi erit ſermo. Nã id quoq; ſatis, ut puto, quo-
rundam ingredientiũ mores indicat. Si parietem circũſpi
citis, totus pictura tegitur q̃ fœdiſſima ex carbone, ac rubri
ca: Ne forte putetis, cum locus ad liberaleis artes com-
paratus ſit, picturam ibi eſſe uariam, & multæ ſcientiæ pre-
ſcilius, & admodũ celebrati Palygnoti pictoris, qui por-
ticum pinxit illam Athenis memorabilẽ, in qua Zeno Cit
tiæus ſtoicã ſectã ab ea porticu denominatã inſtituit. Nihil
ibi cernitur pictum, niſi quod lenonũ manu in lupanaribus
conſpicitur. Nihil, niſi quod ad pruritum, ac libidinem
prouocet. Totus rubore perfundor, cum loci turpitudinem
repeto, & eorum patientiam miror, qui Reipu. præſunt,
& qui morum ſuæ ciuitatis gerere curam debent, qui non
pictores, & corruptores eiuſmodi perquirunt, & atrociter
mulctant. Sed leuiora hæc ſunt, ac tolerabiliora. Grauiora
illa, & maiorem afferentia perniciem, quæ ſequuntur. Ad
has concurrũt ſcholas fœdiſſimi quiq; iuuenes tanq̃ ad ca
dauera uultures, aut corui, quia multos præſertim nobiliũ
pueros eſſe in auditorio ſciunt, & ſtatim ingredictes circũ-
ſpiciũt ſubſellia, & uel ad latus pueri, uel poſt terga aſſidẽt.
Quid hic oculorũ, manuũ, uerborum, turpitudinẽ memo-
rem? Deuorant ex iis quidam pueros oculis, quos ab illis
nunq̃ amouent. manus ueſte, nõ tamen ut cerni nequeãt,
obtectas ad eas iniiciunt corporis partes, quas appetunt.
Paciſcunt̃ multa. Pollicent̃ plurima. marſupia oſtentãt. or
natu pluſq̃ muliebri. odoribus preterea, ac omni genere le
nociniorum magnas præ ſe delitias ferente, quæ res maxi
mẽ pueros, & puellas capit, gratiam aucupantur. Vidi ego
impudentiſſimos quoſdam fingentes neſcio quid uelle in
aurem

autem puero dicere, nō ſemel, aſpicientibus omnibus, exoſculatos. Quæ ibi conſilia ineantur, uos cogitate. Quo poſtmodum perducant egreſſi, de coniecturis hæc ſatis intelligo. Ita quidē ſchola nomē ſanctum, ſanctus locus, ubi ingenuarum artiū, & uitæ recte inſtituendæ ſola eſſe cura debet, & procuratio uilior, q̃ porcorum ſtabulum, fœdior, q̃ lupanar efficitur. O infelices pueros, & adoleſcentes. O deteſtandam parentū deſidiam. Siccine probatis fundamenta iaciuntur. Hiſne initiis prodeunt ciues, qui rem tutari ſuam diſcant? qui liberos deinde ſuos, & ipſi educare nouerint? Qui prodeſſe amicis? Qui uſui, & ornamēto patriæ ſint? O tempora infelicia. O mores perditiſſimos. O humani fæcem generis, ad quam nūc uere deuentū eſt. Et miramur, ſi tot mala, tot calamitates, tot erumnas patimur? Si tot, ac tātis filiorū flagitiis poſtea cruciamur, quorum ipſi authores ſumus? Iure apud Homerū queritur de hominum ſtultitia in cōcilio deorū Iuppiter inquiēs, cauſas malorū ſibi eſſe homines, in quibus tamen poſtea de diis iniuſte querantur. Ait enim

ὢ πόποι οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται
ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν. sic latinos fecimus.

O superi q̃ nos homines cauſant inique.
Eſſe malis dicunt authores, cum ſua præter
Ipſa modum faciat dementia ferre dolores.

Verum dolor, ac pudor impedit, ne plura in hanc ſententiam dicā. Erant enim adhuc plurima. Sed qualia ſint, ex iis quæ diximus, ſatis intelligi queunt. Quid uelut attoniti ambo me intuemini? GASP. Tanta me ira, & indignatio tenet, cū repeto, quæ dixiſti ut ſi mihi poteſtas ſit, ut uel eō ſtatuo non iam ſcholas, ſed quæ uero, & conuenienti appellaſti uocabulo, lupanaria illa euerſurus ſim, uel cōquiſitos corruptores illos, noſtrorū filiorū nefarios extremis ſuppliciis deputem. Sed diis gratias ago, & longis laboribus tuis & ſanctæ inſtitutioni filii mei Alphonſi tuæ, quem tibi uix nonū ingreſſum annū educandū, ac inſtituendum tradidi, quod in eo non ſum patrū numero qui in educatione fi

liorũ inexpiabili deſidia, & uecordia ſunt. Qua quidẽ in re qualem me geſſerim, licet tota ciuitas noſtra, & externi ẽt populi, in quibus tecũ in contubernio iam tot annos filius fuit meus, hoc nouerint. Nullũ tamen grauiorẽ, q̃ te teſtẽ habeo. LEAN. Vtinam Gaſpar, tui ſimiles multos haberet noſtra hæc reſpu. Nõ quereremur tot, ac tanta, & quotidie magis inualeſcẽtia flagitia, & adeo corruptos ciuitatis mores. GASP. Age Flaminí. Sunt ne ita impudentes, ac fœdi iuuenes illi omnes, qui eas frequentãt ſcholas? FLA. Minime. Sunt enim probi quidem multi, ac liberaliter inſtituti. qui erubeſcunt, quoties talia uident, & audiunt. Siquita/ men ſunt alii, qui eodẽ laborẽt morbo, modeſtiæ nõ prorſus immemores ſunt, & ſua occultãt uitia, quod ſane magis tolerabile eſt. Non enim publice, ac palam pudicitiæ obſunt. Etũ ergo in magno numero duo, aut tres, quales ſupra eſſe oſtendimus, digni, qui uel in tenebris perpetuis extra omnem hominũ cœtũ uitã agant, uel in ultimas terras relegentur. GASP. At quid profeſſores ipſi, cũ talia de altis ſuggeſtibus & cathedris uident? FLA. Quid ipſi faciant? dolent. Pudet eos flagitiorum taliũ, ſed mederi morbo quidem nec audent, nec ſi audeant, poſſint. Statim enim inſurgant probra, exibilationes, iurgia, minæ, ludibria, ut poſſunt tacit ferunt. LEAN. O rem indignam. FLA. At patrum deſidia, & filiorum contemptus mala hæc alit, & quotidie in peius auget. LEAN. At cur eo mittuntur pueri? FLA. Neſcio, niſi quod ex deſidia, quam dixi, mira quædã cæcitas innaſcitur, quæ facit, ut parentes eſſe utile, quod perniciosiſſimum eſt, credant, uel glorientur, quod fama inuulget, a ſuis quoq; filiis tanquã egregie doctis publicas frequentari ſcholas. In quibus præter infandam labem, quam in omne tempus obfuturam contrahunt, totum tempus, q̃diu ibi ſunt, fruſtra terunt. Nam multi, immo fere omnes eius ætatis nondum nomina declinare, ac uerba didicerunt. Hoc ego aliquoties experiri uolui, & miſertus illorum ſum & effeci, ut ex iis etiam quidam ad grammaticos redierint, qui mihi nunc

gratias

gratias agunt,& multos æqualeis ſuos derident,qui non ſes in iis auditoriis proficiunt,q̃ ad ſymphoniam ſur= di. Verum ut ad Quintilianum redeam,non de his loqui= tur ſcholis ſcriptor grauiſſimus, Sed de iis quas eligendas monet. Dixit enim non tamen hoc eo ualet,ut fugiendæ ſint ōis ſcholæ .Aliud eſt.n.uitare eas. Aliud eligere. Dilıgē tiſſima ergo oportet eſſe eiuſmodi electionē.ut talem filio præceptorē pater inueniat,qualē eſſe illū oportere iā ante mōſtrauimus. Cur tantū hoies in comparanda,& cumu= landa ſe filiis laborent tot incommoda, tot pericula ter= ra,m ariq ſubeant,ne uictui neceſſaria illis deſint,quo di= uites,& opulenti fiant De bonis autem animi, quæ mul= to precioſiora ,multo ſtabiliora, immo quæ immortalia ſunt,nullam,aut certe minimam curam gerant GASP. Scio ego quoſdam eſſe,qui moram grammaticorum,quę nimia plerunq; uidetur, impatienter ferant,dum putant filios in præſtāda opera uel ſegnes eſſe,uel lucro,& propriæ utilitati nimium intentos . Et hanc eſſe de cauſis unam reor,qua pattes in eam adducant ſententiā,ut ſore utilius putent,ſi ad publicas mittere ſcholas filios incipiūt . FLA. Credo eſſe aliquos eiuſmodi magiſtros.Sed iam dixi opoꝫ tere electionem fieri.Bonus enim præceptor non aliter,ac filium,qui ſibi traditus fuerit inſtituēdus,tractabit . Deum uerebitur,quem latere nihil poteſt.honori conſulet. Ad ſuā pertinere laudem arbitrabitur,ut cito proficiat. GASP. Scit Leander,non defuiſſe quoſdam , qui mirati ſint,qd ego Alphonſum finerem in grammaticis diutius,ut illi pu tabant,ſi res exigeret,demeri.FLA. Niſi me abunde noſ ſet ueſtrum uterq;,poſſet aliqua uobis ſuboriri ſuſpitio,ne non ſatis fidelem operam præſtitiſſem. Sed dilationis hu iuſce,ſi dilatio dicenda eſt,tempus neceſſariū impenſum, cauſa fuit pueri utilitas maxima,& fides mea,quam uolui ſemper integram,& inuiolabilem cōſpici,qui ſtudēs præ= claro ædificio qd ab ipſo initio mēte cōceperā,quale fieri maxime uellē,ea ſtatui fundamenta eſſe mihi iaciēda,quę ad futuræ ædificii amplitudinē,ac pondus ſufficerēt, adeo ut nec adhuc mihi plene ſatiſfeceri. Et q̃q̃ ad maiora pro=

mouere adoleſcētē nō nunc primum cœperim, gramma-
ticam tamen nō prorſus abiiciēdā putem, quā etiā ſenibus
iucūdam eſſe Quintilianus ait. Quæ ex re quantus ſe qua-
tus fructus, tu, qui & patris optimi, & diligentiſſimi etiam
præceptoris officio perſæpe nunc fungens, facile potes in-
telligere. Si quando tamen tibi ego uiſus ſum ceſſare, ac ci-
tius progredi poſſe, nō ego in cauſa fui, ſed paterni affectus
& uehemētia nimiū tua deſideria. Hora enim die longior
fit uehemēter expectātibus. Nūc liquido apparet, quid mo-
ra hæc pepererit. Firmis nūc Alphōſus noſter in iis, quę ad
grāmaticā pertinēt, inſiſtit greſſibus. nec in multis hæſitat,
quæ pleriq; multo longius, ſed male pueri neſciūt, dū uel
fraude, uel ambitioſa feſtinatione alas Icari diſcipulis præ-
ceptores conſuunt. GASP. Nunq̄ Flamini, ita uiuam, ſu-
ſpecta mihi fuit opera, & fides tua. & quicqd egiſti, ſic ſem-
per probaui, ut nec melius, nec fidelius agi ab ullo quoq̄
potuiſſe crediderim. Res ipſa indicat, ne teſte uideat ege-
re. Qui poſtq̄ in hāc urbem migraſti, filium eſſe in tuo cō-
tubernio alterum adhuc trienniū æquiſſimo animo paſſus
ſim. Nec niſi, quādo idoneū tibi uiſum eſt illius ad me re-
uocandi tempus, a tuo remouere contubernio uoluerim.
Quem tamen, ut uides, ita remoui, ut maiorem temporis
partem tecū potius eſſe, q̄ mecū uelim, nec alio, q̄ te uno,
q̄diu in his humanioribus ſtudiis erit continendus præce-
ptore uti. FLA. Magnum hoc ſemper arbitratus ſum ope-
ræ tibi a me fideliter præſtitę teſtimonium. Neq; iſti precio
precium aliud prætulerim. Sed quādo rei huiuſce mentio
incidit, uolo, ut Leander ex me ipſo audiat, quo ſtudio, qua
cura & diligētia filium tuum, immo & meū erudierim, ut
appareat, q̄ impudenter quidam ſcioli polliceri audeāt, ſe
quatuor menſibus grammaticā, quantam opus ſit, puerū
edocturos. Et uenere nuper in hanc urbem tales quidā ma-
giſtri, & iſtius ſuæ pollicitationis, ac uerius impudētiæ ſcri-
ptas in publico tabellas oſtentauere. GASP. Dum hæc di-
cis, mihi uenit in mentē elegans, & copioſa epiſtola de hac
re tua, quam olim ad me miſiſti, & proximis diebus in li-
bro epiſtolarū tuarū, de quibus multa iam confeciſti uolu-

mina

mina magna,cum uoluptate legi,libro eius operis,niſi me falli memoria,octauo. LEAN. Lege quæſo Flamini,quãdo hoc ipſo in loco bibliothecã habes,& id tibi multo cõmodius qui materiam ibi collectã in unũ inuenies,& nobis iucũdius auditu futurum eſt. FLA. Morem ego uobis libenter geram. Hic eſt noſter epiſtolarũ liber. inuentã ſtatim legere incipiam. GASP. En tibi Flamini. FLA. Iam lego. Soleo interdum mirari mi Gaſpar hominum quorũdam non prorſus imperitorum,impudẽtiã neſcio dicam, an temeritatẽ,qui uel ſibi ipſis perſuadent,uel perſuadere aliis conant,paruo tempore,immo paucorũ admodũ menſium ſpatio,poſſe quẽpiã ſic artis grammaticæ doctũ euadere,ut tanq̃ ſaltu quodam ad alias quaſlibet arteis facere tranſitum queat. Audiui ego ex eo numero temerarium quendam arrogantiæ plenũ,ac impudentiæ poſcentem ſibi puerũ aliquem inſtituendũ tradi,ac pollicentem ſe tribus,aut ad ſummũ quattuor menſibus illum,quãtum ſit opus,grãmaticam edocturũ. O inſignem hominis ſtultitiã. O auditã temeritatẽ. O caput uix tribus ſanabile anticyris. Quid hoc ſit aliud,q̃ uelle,ſi credulos inueniat,perſuadere ſe nouum aliquod numen terris demiſſum? Quis.n. hoc,niſi deus ſit,polliceri audeat? Pollicet hic tamẽ,& putat nõ defuturos qui ſibi credãt,ac filios ſtatim erudiẽdos tradant. Vide quo redacta eſt,& q̃ uilis facta omniũ ſcientiarũ mater.artium omniũ princeps,ac moderatrix,quæ tantũ negocii ſemper ingeniis attulit,ut græci,& latini nõ ſolum priſcis temporibus,ſed noſtro etiam hoc ſeculo ueſtigandi,ac præcipiendi nõdum finem inuenerint. Valeãt cum ſuis tot laboribus,ac præceptorum de arte hac libris excellentis doctrinæ grãmatici. M. Varro. Diomedes. Probus. Vrbanus. Donatus. Seruius. Et cum mille aliis admirabilis copiæ Priſcianus,ſi tam breui ſpacio temporis fœcundiſſima & ubertima hæc ars percipi poteſt. Vnde quæſo quonam diuinæ ſcientiæ redigant doctores boni,ſi hominibus hiſce fœdiſſimis ſidem adhibeãt,qui liberos ſuos inſtituendos tradunt. Nimirum ſe falli putẽt,& quod nullo comparati precio poteſt,tempus incaſſum effluere filiis

arbitrent, & quod mẽſibus quattuor perfici poſſit, in multos annos protogan querant. Quotũ imprudentiã, uel temeritaté, impudentiam uel malignitatem, uel certe inuidiam, cum ſe ſperni, eſſe alios in precio uideant, & malis artibus nomen captent, ut apertius noueris, ſtatui breuiter, & tanq̃ in unũ aceruũ colligere, ac tuis quaſi oculis ſubiicere, quot, & quãta ſint ad puerilem hanc inſtitutionem, de qua nũc agimus, neceſſaria, quæ nebulones iſti execrabili audacia, & temeritate quattuor ſe mẽſibus edoctuos profitentur. Finge mi Gaſpar te unum ex liberis tuis nebuloni iſti, ac mirifico artis oſtentatori, cuius ſupra mentionẽ feci, erudiendũ tradere, puta Rodulphum magno, quantum egregia indoles pollicetur ingenio futurum doctum, & in quancunq; uelis partem, mire uerſatilem, non ut diuinus iſte magiſter tempus i minimis terat. Volo puerum illi tradi, qui iam bene, & incunctanter legat. Nam ſi rudis ſili prorſus traderetur, non quattuor ad hoc ſolũmodo menſes, quos ille iactitat, ſed integer annus non ſufficiat. Senſum nominum, ac uerborum docere incipiat, eodem tempore curet, ut regulas ediſcat, non dico prolixiores illas, quibus uerborum conſtructiones continentur, & alias quæ ſequunt, ſed primas illas, quæ partes orationis, & quid ſit nomen, quid uerbum, & quid ſint illorum accidentia, edocent. Vbi hoc fecerit, iam incipiat a declinationibus nominum, & uerborum exercere diſcipulum, quæ quidem imprimis diſcenda eſſe Pueris diligentiſſime Quintilianus monet. Tanta eſt nominum, tanta uerborum uarietas, & copia, ut adulti, & diu in ſcholis exercitati difficulter inueniantur, qui hæc teneant. Nam pleriq; illorum in declinationibus ipſis crebro labuntur, & errant, quas diligentiſſimus quidem magiſter uix ſex mẽſibus edocebit. Nam licet hæc pueri ediſcãt, attamen tanta eſt declinãdorum uarietas, ut dixi, & copia, ætatis præterea tanta leuitas, & imbecillitas, ut poſtmodum elabantur, & effluant, ut, quæ heri, ac nudiuſtertius memoriæ mandauerint, hodie neſciant. Ita ſit, ut crebra ſit opus re-

petitione

petitione, ac multum temporis in his abſumatur. Quæ ſi non teneant pueri, cum primus ex illis ad grammaticam ſit gradus, proficere in iis, quæ ſequuntur, nihil poterunt. Nam quomodo recte queant orationem contexere, ſi genera, ſi caſus, & numeros, ſi tempora, ſi perſonas, & modos ignorauerint? Hæc enim ex declinatione, nec aliunde quidem cognitio eſt. Poſt declinationes autem ingens offertur diſcendorum pueris aceruus, tam multa, quæ nomini, tam multa quæ uerbo, & cæteris partibus orationis accidunt. Quæ quidem quoties ego conſidero non ſolum miror, ſed & ſtupeo, & puerile ingenium tantam rerum molem non niſi admodum longa, & diligenti exercitatione complecti, ac ſuſtinere poſſe uideo. Sed hæc plane leuiora, & minutiora creduntur. Quæ tamen ſiquis recte penſauerit, grandia quidem, & nimis grauia eſſe intelliget. His enim tanq̃ firmiſſimis fundamẽtis tota grammaticæ moles innititur, quæ ſi detrahas, ſtare non poterit, & quicquid ſuperſtruxeris corruet. Iam te quidem ex his paucis facere coniecturam ſcio, quantum ſibi temporis, & negocii hinc docendo, inde diſcendo illa poſtulent: quæ tamen eorum, quæ adhuc diſcenda ſunt comparatione exigua quædam pars eſt. Succedunt his tam multiplices: tam uariæ: adeo numeroſæ uerborum constructiones: ut inſtar miraculi ſit: puerile ingenium multorum etiam annorum ſpatio illa conſequi poſſe: & ſi tandem cōſequatur: poſſe fideliter retinere. Nec retinet quidem: niſi renouata: & crebra docentis repetitione auribus: & animo inculcentur. Quod ſi puerilis ætas ſentire laborem hunc pene infinitum: & æſtimare ipſa per ſe ſatis poſſet: ſcio futurum: ut horrore quodam: ac deſperatione tot diſcendorum fere omnes oderint artem: atque refugerint. Sed hæc: quæ dixi adhuc parua quædam pars eſt eorum: quæ diſcenda reſtant. Quæ tamen quãtum ſibi temporis uendicent: tute cogita. Partem eſſe paruam iure dixi: quia multo plura his ſuperſunt. Quid enim dicam: quantum occupet temporis ſtudium: & cura ediſcendi: & ad

memoriā redigendi, quæ quotidie diſcunt? Quę quidem
ſi forte negligant, ac prætermittant, unius fere impenſus
tot diſcēdis labor in irritum cadat. Ac propterea rei huius
præcipuam docentes gerere curam debent nō ubliti thes
saurū a Cicerone memoriā dici. Adde iam regularia præ
cepta illa, quæ maiora ſunt, quæq; nō tā rudibus amplius
atq; tyrunculis, ſed cōuenięti, ac neceſſario exercitatis tem
pore in uerborū, quæ in genera quinq; diuiduntur, cōſtru
ctionibus, pruponi debent. Ea ſunt aduerbia, quæ localia
dicūtur, Comparatiua. Superlatiua, &, qui cū nodoſis par
ticipiis tot, ac tam uarii tractatus ſequuntur. quorū omnium
tantā uarietatē, ac pondus cum repetit, finē miradi nō fa
cit, quomodu nō dicu mēſiū quatuuor, ſed octo annorum
ſpatio condiſcere illus queant. Nec poſſent quidē, niſi dili
gentia doctoris, & aſſiduitas, crebraq; illa repetendi cura,
qua tempus neceſſariu protrahitur, ætatis, ac naturæ imbe
cillitatem adiuuaret, & faceret, quod uiro graui, & artis hu
iuſce, ac recte docendi perito, & rem mature conſideranti
uix poſſe fieri uidetur. Scio quidē magiſtros eſſe gramma
ticæ q̄ plurimos, qui uel docere neſciunt, uel parū fideliter
operam ſuam præſtant, quorū plerīq;, dum nimium feſti
nant, & multū pficere ſub ſe diſcipulos parū cautis perſua
dere uolunt parentibus, alas ut paulo ante dixi Icaro con
ſuunt. Verum ii, ſi forte in quempiam ductū aliquādu inci
dunt, fucus ille, quo eſſe ductiuſculi uidentur, facile abradi
tur: Nam & continuo labaſcūt, ac ſe tum demū reſpicere,
ac ſuas metiri uires incipiunt, &, qui paulo ante ualidi, &
audaculi uidebant, repente imbelles, ac timidi apparent,
eoq; redigunt, ut & magiſtros ſuos execrentur, & meliores
diſcipuli mox fieri cupiāt. Tales ego nun paucos noui, qui
multum queſti mecum ſunt, quod tam malos ſortiti præ
ceptores eſſent. Leuiter, ac nimium feſtināter iacta funda
menta non ſubſiſtūt. Nimirum infirmam ædificationem
infirmi parietes efficiunt. Qualis ille tibi ſit, & quid illi fa
cias, qui domū ſibi talem extruxerit? At multo maiorē fa
cias in liberis iacturam, ſi nebulonibus iſtis illorum inſtitu
tionem mandes. Hæc mea quidem ſententia eſt, nec me

longa

longa experientia falli ſinit, qui iam circiter annos. xxx. fortaſſe cum aliqua laude docendi artem exerceo, non poſſe puerum etiam docilē niſi annorū, non dico menſium paucorum ſpatio in grammaticis, quātū ſit ſatis, ad faciēdum, ac parandū ſibi ad alias arteis gradum inſtrui. Id nō ignoro, alios citius, ſerius alios ad metam peruenire, ſed annis quidem, non menſibus utriſq; opus eſt. Ego qui credor miles emeritus, & iandiu rude donatus tam uideo, quæ ad artē hanc recte, ac fideliter tradendā neceſſaria ſunt, q̃ quę oculis cernunt. Sic illā docui ſemper, ac doceo, ut nō alios, qui mihi traduntur inſtituendi, q̃ ex me genitos putem. Quare fidei, ac diligentiæ meæ illum quidē uberrimū fructum refero, quod ſupra ducētos ex illorū pene infinito numero, quos docui, quiq; multa cum laude adhuc in literis uerſantur, tam in Italia, q̃ extra Italiam numerare poſſum, In quibus filium quoq; tuū Alphonſum, quē mihi abhinc quadriennuū magna cum ſpe inſtituendū tradidiſti, futurū nō dubito. Interim uero mi Gaſpar ſi forte i taleis oſtētatores huiuſmodi operę, & artificii ſui inflatos, arrogantes, temerarios, impudēteis, fallaciſſimos hoiū, bonorū īgeniorū corruptores ſummos, & certiſſimā peſtē aliquādo incideris, arceto ſtatim, & procul abs te tanq̃ pernicioſos, tanq̃ exitialeis ſugato, ne deinceps audeant, aut ſperēt ſe ſuo ueneno poſſe bonorū aures inficere, & cōſtanter credito, Flaminiū, quem tandiu expertus es, non alium hac in re, ſicut in cæteris uides, in Alphonſum tuum, immo & meū, q̃ in filium, qui mihi unicus eſt. M. Antoniū, ac in nepotē ex fratre Iulium Cæſarem iuniores Flaminios fuerim, uel fuiſſe antehac, uel deinceps futurū, ac ſumma fide, ſtudio, & diligētia operam daturū, ne te, quod illum mihi inſtituendum credideris unq̃ pœniteat. Vale octauo Cal. Decembris. MDXXIII. Ex his quidem ſatis conſtare nobis arbitror, quātum errent, qui parua temporis mora puerum credūt poſſe in grammaticis doctum euadere. Sed uel improborum culpa hæc eſt pręceptorum, qui patribus imperitis ita perſuadent, uel inuidorum, dū alienæ laudi inſidiant. Verum ut de me loquar, qui obtrectatoribus hac in re non

carui, aliorum numeroſiſſimam alumnorum turbam tacebo. Vobis tantũmodo notiſſimos ad memoriã Flaminios redigam, filium, qui mihi unicus de quatuor ſupereſt, & duos ex duobus fratribus nepotes. M. Antoniũ filiũ meum quis docuerit, qs iſti utrũ tale euaderet, qualẽ nõ uos mõ quibus eſt notiſſimus, atq; chariſſimus, ſed tota noui Italia & apud exteras gẽtes q̃plurimi. Secutus ẽ illũ Sebaſtianus Flaminius, qui diuerſa licet uia magnam ſibi de literis laudem & famã comparauit, dum Florẽtiæ, & aliis multis in locis, & nunc cum ingenti omnium admiratione in Foro corneli patria urbe, medicinam profitetur. Tertius non minoris indolis, ac ſpei Flaminius Iulius Cæſar quantus iam in utroq; genere dicendi euaſerit, & quantũ quotidie creſcat, dicere non attinet. Adoleſcẽtis enim ſcripta ita uobis ut mihi iam nota ſunt, tibi, præcipue Gaſpar, qui nõ miraris, ſed ſtupes, quoties uel illius epiſtolam, uel elegias, uel odas, uel omnium metrorum epigrammata legis, qui nũc philoſophiæ pulſat limina, cui ut ſe totum tradat, & omnibus dedicet uiribus meum iandiu conſiliũ eſt. Sed ut talis, qualem uideris, hucuſq; euaſerit, quis poſt deũ author fuit, cum ab alio quoq;, ne literam quidem unã, q̃ a me patruo didicerit? De hoc pluribus locutus ſum, quia non deſuere quidam, qui opinati ſint, filium meum. M. Antonium Flaminium aliunde, q̃ a genitore ſuo literas didiciſſe, quod & ego non negauerim. Sed aliter, atq; illi interpretantur, inſtitutionem, ac labores iure tueor meos. Velim mihi dicant ii, qualem illum e patrio emiſerim nido, cum uſq; ad ſextũ decimũ ætatis annum nunq̃ ne diem quidem unum a latere meo diſceſſerit. Primus autem illius a me diſceſſus nõ ad finitimam urbem aliquam, ſed Romam. Neq; ad Antiſtitem aliquẽ gregarium, ſed totius terrarum orbis principem, & uirum doctiſſimum Leonem Decimum Pontificẽ Max. ut epiſtolam illi noſtram de ſuſcipienda expeditione aduerſus Turcas elego uerſu ſcriptam, & in hac ipſa urbe cum aliis noſtris impreſſam ſimilibus ſcriptis, & publicatam redderet. & ſimul ampliſſimo Patri. M. Cornelio Sanctæ Mariæ in uia lata Cardinali opuſculum Syluarum no-

ſtrarum

ſtratum,& Epigrammatum illi a me dedicatum traderet.
Quem quidem Pontifex, ut noſtis, literatiſſimus qualem
inuenetit, Quantum ſit admiratus, quibus laudibus ado-
leſcentuli eruditionem ſupra ætatem fuerit proſecutus, di-
cerem niſi, ut puto, iam ſæpe audiſſetis, ac niſi ampliſſi-
morum patrum, ut alios taceam, Ferratienſis, Arragonii,
& Cornelii Cardinalium miſſæ ad me literæ, q̃ non multo
poſt, ut ſpero, cum noſtris epiſtolis publicabuntur, hoc idẽ
abinde teſtarentur. Sed non paterna tantum monumen-
ta ſecum filius ad talem Pontificem detulit, ſed & ſua, &
pprio elaborata ingenio. Obſeruationes eæ fuere, & an-
notationes in uarios ſcriptæ authores, non adoleſcentuli,
ſed reconditæ, & conſumatæ eruditionis opuſculũ. Quod
ubi Pontifex ipſe illo præſente cæpit legere, tantopete mi-
ratus eſt, ut non eſſe illam puerilem, ſed maturæ, ac in ſtu-
diis conſumatæ ætatis doctrinam crederet. Vbi uero cœ-
pit illum ſuper multis interrogare, & experiri an ingeniũ,
& uerba ſcriptis reſponderent, & in omnibus plene ſatiſſe-
ciſſet, ſtupens aliquandiu ſiluit. Mox uergilianum de Aſca-
nio uerſum in illum protulit.

Macte puer uirtute noua ſic itur ad aſtra. Sed perge, qua
cœpiſti, uia gradi. Video enim te breui magnum tibi no-
men comparaturum, ac nõ genitori, & generi tuo ſolum,
ſed & toti Italiæ ornamẽto futurum. Quod ſi me rogetis,
quæ tanti exitus inſtitutio fuerit in illum mea, & in Seba-
ſtianum, ac Iulium Cæſarem Flaminios, deum teſtor, &
ſanctos angelos eius, non aliã fuiſſe, q̃ in Alphonſum uſus
fuerim. Quod ſi non idem euentus in omnibus, cogitare
debetis, habere ingenia magnam cum agris ſimilitudinẽ,
quibus non eadem omnibus fœcunditas. Sol quidem
ſuos paſſim radios fundit, ſed nõ eadem ubiq; caloris eius
ſyderis uis eſt. Quæ mea hic culpa eſt, ſi ex numero eo-
rũ, quos ego inſtituo, minus hic, q̃ ille doctus euadit, quã-
do fidelem ego, ac eãdem omnibus operã partior? Sed in̄
qui ſunt quidam interpretes laborũ noſtroꝝ, qui, qñ nõ ui-
dẽt eũdẽ in eũctis, quos ĩſtituimus, exitũ, ſtatim oblatrãt, fa-
mã pulſant, tanq̃ alios habeamus charos, cõtẽnam° alios.

Quod ni ſi qui faciant, nam non omneis ego fideleis eſſe
magiſtros arbitror, audeo de me dicere, & conſtanter affir
mare, nihil ego me unq̃ prætermiſiſſe, quod fideliſſimum,
ac diligentiſſimũ præceptorẽ præſtare conueniat. GASP.
Fidem ego iſtam, ac diligentiam Flaminí tuã ſic, atq; tan-
diu expertus ſum, ut alio nullo teſtimonio, aut aſſeueratio-
ne indigeam. Neq; tu, aut alius quiſq̃ quid de te ſenſerim
ſemper, ac in dies magis ſentiam, dubitare poteſt, cũ filiũ
meum ab ipſa pene infantia tibi traditum agentem nunc
ſextũdecimũ ætatis annum nõ alium patiar, q̃te præcepto
rem habere. Sed quãdo annotationum filii tui opportune
mentionẽ feciſti, quem æque, ac filium amari a me, ac me
illius ſcriptis ſic pene, ut tuis delectari nõ ignoras, dic quæ-
ſo, habeſne illarum exemplũ. Nõ dici poſſet, quãtum mihi
deſiderium legẽdi illas inieceris. FLA. Credo eum extare
in meo illo ſcrinio libellum, ſed non integrum. Nam cum
filius duo exemplaria ſcriberet, alterum, quod ſecum Ro-
mam ferret, domi alterum relinqueret, ſecũdũ, quia deſuit
tempus, non perfecit. Quicquid tamen eſt, quod reman-
ſit, poſtea quæram, & inuentũ ad te mittam. LEAN. Sed
& ego non minus forte libenter lea lecturus ſum, qui filii
tui ſcriptis ſemper, ac muſice delectatus ſum. FLA. Eadẽ
& tibi copia legendi erit. Ne dubita. GASP. Quando non
parua præceptorũ, & eorum, quæ ad illorũ officiũ ſpectãt,
tibi mentio facta eſt, unum mihi uenit in mentem, de quo
te minime celãdum arbitror, ut ſciam deinceps, quid uel
imprudẽtibus uel certe maledicis reſpondeam. Affuere ali
quando tibi priuatim authores interpretanti iuuenes tam
de noſtratibus, q̃ de externis quidam. Laudant ii quidem
doctrinã tuam, & extemporaneam facũdiã. Sed copiam,
& quaſi quandam ſuperſtitionẽ, hoc eſt nimiam, ut aiunt,
diligentiã damnant, quod nihil relinquas inexplicatum,
& quæ ſuperuacanea etiam ſint explanes nihil omittens
eorum, quæ ad genealogiam uocabulorum, ac etymolo-
giam pertineat. Poſſe quidem a te prætereri quędam inter
legendũ, quæ facile per ſe, qui audiant, ſi in re ſua ſegnes
eſſe nolint, intelligere poſſint. Cupio ex te ſcire, quid illis

impoſterum

impoſterum reſpondeam. Quibuſdam tamen copia illa, &, ut aiunt, mirifice exuberãs interpretatio placet, ac tem auditoribus utiliſſimam dicunt. FLA. Gaudeo diſpliceře nõ nollis, quibus aures ſunt delicatiores, quod magna etiã laude antiquorum authoritate, ac teſtimonio apparet. Sed quantum errent, ut ſpero, mox intelliges. Exemplis autem naturalibus agam. Nihil enim impedit, nanq; in interpretãdis etiam authoribus naturam ſequi ducem debemus, quæ bonorũ omnium in nobis quædã quaſi ſudit ſemina. Vita humana quibuſdã uelut gradibus diſtincta eſt, in ętates ſeptem, ut pleriſq; placuit, quæ ſunt Infantia. Pueritia. Adoleſcentia. Iuuentus. Virilitas. Senectus. Decrepita. Alii in quattuor tantum diuiſerũt, quorũ numero fuit Pythagoras. Harum autẽ ætatũ, quæcunq; ſit æquior diuiſio, diuerſa ſint officia, quia non eædem ſunt uires, neceſſe eſt. Siquis ergo infantem per ſe, ac ſine duce, & non apprehẽſa manu gradi uelit, immodicus ſit, ac nimium poſcat. Si puerum quoq; grande, ac roboris firmioris ferre onus iubeat, ut Milonis uitulum, malus procul dubio uitium æſtimator exiſtat. Quis pullum equinum niſi ſtultus ſeſſor inſcendat? aut trabis pondus tigno imponat? monet pruden ter Horatius cum ait.

Eſt modus in rebus. Sunt certi deniq; fines,
Quos ultra, citraq; nequit conſiſtere rectum. Eadem ratio ingeniorum, quæ corporũ eſt. Corpora, ſi nimium premas, aut fatiges, in ipſo conatu deficiunt. At dices, iſtuc ipſum grauare eſt, ac fatigare tanta rerum copia puerilẽ animũ onerare. At nõ ita eſt, immo leuiora facere omnia, ſicut ſolet nutrix, quæ nondum enatis infanti dentibus, ſuis ipſa cibũ emollit. Plus ibi temporis exigitur, nec tñ inanis opera illa inſumitur, ſed neceſſaria. Sic &, qui ſemen uult iacere meſſi conſulens futurę non prius id facit, q̃ ſæpius arata & bene ſubacta fuerit terra. Verum ad id nõ paruo tempore opus eſt. Cum rudia tractantur ingenia, nõ ſtatim onerare infirmitatẽ diſcẽtium. Sed temperare uires ſuas, & ad intellectum audientiũ deſcendere docẽtem oportet. Nam ut uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiã reſpuũt,

ſenſim autem influentibus, uel etiã ſtillantibus complent. Sic animi nõ ſolum quid, & quantum, ſed etiam quando excipere poſſint, uidẽdum eſt. Plura quidem ſunt illa, quæ nos interpretando conferimus, & copiam præ ſe quandã ferentia, ſed quæ molliorem, & multo faciliorem intelle-ctum faciant authorum, & quaſi ſtillanter rudium pectori bus infundant. Quia ergo neſcientibus diligenter, & cun-ctanter puritatem latini ſermonis, uocabulorum, ac pro-prietatem, genealogias, ac etymologias auditoribus meis aperio, quas neceſſe eſt non ignorare, ſuperuacaneam me præſtare operã nonnulli arbitrantur. At quomodo grauio-ra ferent, qui leuiora ignorabunt? Ignorabunt autem pro-culdubio, niſi per ſuos gradus ſenſim promouebuntur? At non ſatis imprudentiam mirari quorundam poſſum, qui ſe primos in arte magiſtros uideri uolunt, qui ab infi-mis hiſce, quæ tamen altiſſima, quia maxime neceſſaria ſunt, uideri debẽt, ſed quæ illi faſtidiunt, ac plerunq; igno-rant, ſaltu quodã, & quaſi enatis repente alis uehi ad altio-ra contemptis humilibus inſcios rerum, ac rudes uolunt. Quod ſi neceſſaria diligens uocabulorum explanatio non eſt, cur tot dictionarios reliquere, grauiſſimi ex ueteribus ſcriptores libros? Vt Feſtus, et Nonius Marcellus, qui tan-tam ex una illa re laudem, & nomen ſibi compararunt? Inanem ergo, ac ridiculam ſumpſerit operã ſummus au-thor. M. Varro, quem Cicero, & ętas illa, & poſteri omnes tanti fecere. Qui Aſinii Pollionis iudicio uiuens ſtatuam in bibliotheca palatina meruit togatorum literatiſſimus. Qui inter innumerabilia ingenii ſui uolumina duodecim libros de lingua latina ſcripſit. In primis tribus de etymo-logia. In ſecũdis tribus unde uocabula ſint impoſita in, lin-gua latina, & de poetarũ cõſuetudine. A ſeptimo ad duo-decimum de analogia. Sed in poſtremis tribus de copia uerborum. Quorum omnium ætate noſtra ſex tantũ ha-bentur, in quibus liquido apparet, quod dicimus. Sed ui-dete quæſo quomodo talia faſtidientes, & quaſi ſtomachã-tes Quintilianus libro primo inſtitutionum reprehendat, & q̃ bene nobiſcum ſentiat. Ait.n. Sedit aũt illa cogitatio, quoſdã

quoſdā fore,qui hæc,quæ diximus,parua nimiū,& impedimēta quoq; maius aliquid agēdi putēt. Nec ipſe uſq; ad extremam anxietatē,& ineptas cauillationes deſcēdendū, atq; his ingenia concidi,& comminui credo. Sed nihil ex grāmatice nocuerit,niſi quod ſuperuacuum eſt. An ideo minor eſt.M.Tullius orator,quod idem artis huius diligētiſſimus fuit & in filio,ut in epiſtolis apparet,recte loquēdi uſquequaq; aſper quoq; exactor? Aut uim.C.Cæſaris fregerunt editi de analogia libri? Aut ideo minus Meſſala nitidus,quia quoſdam totos libellos non de uerbis modo ſingulis,ſed etiam de literis dedit? Iure ergo noſtri temporis interpretes Q uintilianus redarguit,quorū pleriq; ad hanc indignātur uelut humilitatem quandam deſcendere. Verum dicant,unde orationis habeant contextū. Quibus ex rebus magis,q̃ ex nitore uerborȝ,& proprietate cōſtet eloquēnia. Qua demū ex materia tota conſtet lingua latina. Vilia putabūt,quibus explicandis ſummi authores ex ueteribus,ut quos iam dixi,ut item Aſconius. Gellius. Macrobius.Seruius.Donatus.& innumerabiles alii,& ex recētioribus q̃plurimi ſummum ſtudium,& diligentiam impenderunt? Qui ſi in uergilianum uerſum Arma,uirumq; cano incidunt,enarrare.unde arma ſint dicta ſuperuacaneum putant,& quæ ſit inter uirū ac hominem differētia, tanq̃ idem ſit. Quot item cano habeat ſignificata,& ora ſimiliter,tanq̃ nimis puerilia ſint,& trita,& nihil ad rem ſacientia. At unde pueri ſcient,quæ nunq̃ didicerint? Si diſcere oportet,cur prætereuntur? Si ibi,quid cano ſignificet audierint,quando apud eundem poetam poſtea legent Vel Ipſa canas oro. Vel Regemq; canebant,quæ inter ſe diuerſiſſima ſunt,quomodo ſcient? Talia prætereunt omnidi in pulpitis noſtri temporis interpretes,&,ſi me,uel mei quempiam ſimilem in iis diligentem operā præſtare audiunt tanq̃ pædagogos,& ſemidoctos cōtemnūt,ac deridēt,& ita ingenia fruſtrari,atq; cōſumi,eruditionēq; in ſeros ānos differri clamāt. Exoluēdos ſtatim his tricis pueros, nec talibus deliramentis implicādos. Superueniētē ætatē, & multā lectionē p ſe hæc aperire. Ita male ipſi iſtituti alios

peſſime inſtituunt, ac inſciis, & imprudentioribus tali eam dum eſſe uiam perſuadēt, dum uel laborem ſubterſugiunt, uel rectam, & neceſſariā interpretandi rationem ignorāt. O exitium bonarū literarum. O infandā eloquētiæ, ac ſtudiorū perniciem. An aliam putatis eſſe cauſam, ut tam pauci, ac non niſi longiſſimo temporis ſpatio docti euadant? Quodq; permulti, qui docti uidentur, decem uerba cum ornatu, ac proprietate latini ſermonis conſuere neſciunt? Quis nunc eſt, qui de ratione accētuum uerba facit? & quomodo tolli, aut grauari, aut ex utroq; tēperari ſpiritū oporteat? Quis nūc, ſi, ut debet, particulas, q̄ encliticæ dicunt, pronunciet, nō ſtatim ridetur, & exibilat? Quā uero egregiam, & uere doctis probandā rationē afferunt? male ſcilicet auribus eiuſmodi pronūciationē ſonare. Vt ſi cum ſuo accentu pronunciem, Troia'q; nunc ſtares, & in a dictionis extrema litera propter encliticam, quæ ſequitur, ſubſiſtā, & acuens ſyllabam ſpiritum attollam. At dicāt ii, cur meliꝰ græcæ in uerſibus dictiones etiam homericis ſonent. Audite quæſo.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε

Videtiſne: quomodo hi uerſus cadant: & quaſi elumbes ſint: ac deficere uideantur? Pulcherrime tamen, & admodum ſuauiter doctis auribus ſonant. Nos quidē in enarrandis authoribus non fumum: ut eſt in prouerbio: captamus ſed auditoribus: quorum non ignoramus quales ſint uires conſulimus: & quia non in iiſdem omnes ſubſelliis conſiſtunt, quāquam pauciſſimi infirmitati: ac robori conuenientia dicimus. Nō hiſtorias: non fabulas: non artem: & recōdita ſenſa prætterimus. Quia igitur in expoſitione uocabulorum te ante omnia quidē neceſſaria: & diligētiſſime elaborauit uirtus: ut propterea ſi ue nitor latini ſermonis auditores meos non lateat: uerboſitatis: & copiæ nimiæ condemnor. At condemnēt: dum ego: quod eſt boni: ac fidelis interpretis officiū exequar: & utilitatis meorū auditorū omniū: quā æquum eſt rationē habeā. Sed nolo in his eſſe lōgior. Habes ergo mi Gaſpar quid noſtrū hūc utiliſſimū, & maxime

& maxime neceſſarium interpretandi morem non probi/
ubus deinceps reſpōdeas. GASP. Non dici poſſet Flami-
ni, quanta attentione, ac uoluptate iſta te narrātem audie-
rim, ꝗ mihi ſatiſfeceris, ꝗ uera eſſe cognouerim. Et mirifice
lætor, tam acriter, ac tam copioſe te rudi a te uel inſcitiam
uel imprudentiam: uel certe malignitatē: quod magis cre-
do: ac inuidiā eorū: qui fidelē: qualē eſſe oportere pulcher/
rime oſtendiſti: interpretationem uituperant: ac inſectant.
LEAN. Et quomodo proficient in audiendis authoribus
ingenia rudia: niſi lumen: quod dixiſti interpretes illis præ-
ferant? Verū: quia tēpus nos urget: & nō pauca de educa/
tione, ac inſtitutione adhuc tibi dicenda reſtare arbitror &
reliqua audire maxime cupio, cū me prætermodū priora
delectauerint, ſi placet, iam perge. FL A. Ita faciam. Dixi/
mus, qualem eſſe oporteat parentū in educatione liberorū
curam. Item præceptorū in inſtitutione ſua fidem, ac dili-
gentiam. Ea ſi fiant, creſcant in bonam frugem, & cū ſan-
ctis moribus literis quoq; alantur ingenia, & mire profi-
ciant. Nihil eſt enim, quod magis auocet a ſtudiis, ꝗ bono
rum contemptus morum, de quo mala pueris oriuntur
omnia. Propterea danda erit diligentiſſime opera ne quo
pacto corrumpantur aut famulorum, & eius generis homi
num lenium, ac plerunq; uitioſorum contagione, aut con-
uerſatione ſimul diſcentiū, aut amicitiis uulpecularū. Sunt
enim mirifici quidam ſimulatores probitatis adoleſcētes,
qui ſua ingenioſe uitia tantiſper occultant, dum familiares
fiūt. Quod ubi ſe aſſecutos uident, tum demū uirus effun-
dunt. Quare te mi Gaſpar hortor, ac rogo, ne cum quoli-
bet adoleſcente ſinas Alphonſum uerſari, quanuis tibi for-
taſſe optimis inſtructus eſſe moribus uideatur, & ſcias opti
mo illum parente genitum. Nihil nūc tutum eſt, mihi cre-
de, qui quotidie talia experior. Qua in re ſi me Argum in
educatione ac inſtitutione ſibi tui nō præſtitiſſem, & ꝗdiu
in meo fuit contubernio diligētiſſime ſemper, ac ubiq; nō
cuſtodiſſem, talem certe, qualem uides, & experiris, nō ha
betes. Quid enim proderit patribus bene domi ædificaſ-
ſe, ſi poſtmodū uel in ſcholis, uel alibi nō deſint, qui totum

illud euertant? Oportet igitur præcipue pręceptorem quibuſlibet horis ſumma ui uigilantia, atq; ut de me dixi. Atgum fieri, & obſeruare nõ ſolum dicta, & facta, ſed etiã nutus, & tacita omnia ſigna, quibus pro uerbis ſæpenumero utuntur impudici, quę manifeſta corruptarum animi procul dubio ſunt indicia. Hinc ego non nunq̃ ad magnorũ ſcelerum cognitionem perueni, & furta detexi. Quare illud imprimis cauendum erit, ne permixti iuuenibus ſedeant pueri. Nam perſæpe occaſio peccandi, atq; cõmoditas, ut peccentur, facit. Nã ſi uir talis, qualem eſſe oportet, ſtudiis, moribuſq; præpoſitus modeſtam habere poteſt etiam iuuentutem, tamen infirmitas a robuſtioribus ſeparanda, & cauendum nõ ſolum crimine turpitudinis, ſed etiam ſuſpicione. Siquis autẽ eſt, qui flagitia manifeſta in eligendo filii præceptore nõ uitet, iam hinc ſciat, ſibi ſuperuacanea eſſe, hac parte omiſſa, cætera, quæ ad utilitatem iuuentutis pertinere queant. Sint ergo diſcreta utriſq; ſubſellia. Neq; tamen hac re contentus præceptor attente uideat ſemper quid agat, & ea diligenter obſeruet, quæ diximus, quia per internuncios etiam multa tranſiguntur. Nam & amatores plerunq; ea uia pudicitiam uirginum tentant, & expugnant. Proderit illud quoq; plurimum, quempiam de fidelioribus unũ, aut duos habere ſecreto exploratores, qui quæ geruntur extra ludum, ubi dimiſſi fuerint diſcipuli, attente uideat, ac referat. Hoc ego pacto multa deprehendi, & correxi flagitia. Sed illud præcipuum fuerit, deprehẽſum quempiã, ac turpitudinis reum ſtatim a cœtu arcere, ac ea peſte ludum purgare. Quod ſi non fiat, & perpetua ſuſpitione, & moleſtia præceptor cruciabitur, & in magnum diſcrimen alii ex contagione adducentur. Et docenti, & diſcenti, inquit Seneca, debet eſſe propoſitũ, ut ille prodeſſe uelit, hic proficere. Circunſpiciendus eſt igitur præceptor, cuius ſcholæ ſeueritas, pudor imprimis, & caſtitas conſtet. Adhibenda enim omnis diligentia eſt, ut teneriores annos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat, & fortiores a licentia grauitas deterreat. Sumat igitur ante omnia præceptor parentis erga diſcipulos ſuos animum, ac ſuccedere ſe in eo-

rum locum, a quibus ſibi liberi traduntur exiſtimet. Ipſe nec habeat uitia, nec ferat. Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus et de honeſto, ac bono ſermo ſit. Nam quo ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. Minime iracūdus, non tamen eorum, quæ emendanda erunt, diſſimulator. Simplex in docēdo. Patiens laboris. Aſſiduus potius, q̄ immodicus. Interrogantibus libenter reſpondeat. Nō interrogantes percunctetur ultro. GASP. Quid tu de cōſuetudine ciuitatis noſtræ, quam tamen eandem eſſe cæteris in locis puto, ſentis? Nam pleriq; quēlibet mediocrem magiſtrum infirmæ ætati ſufficere arbitrantur, neq; magni intereſſe, a quo prima tradantur elementa. FLA. Quantum ea, quæ de eligendo præceptore, quem eſſe optimum uolo, dicta ſunt, indicare ſatis, quid ego de hac etiā te ſentiam poſſint, ut plenius tamen tibi ſatiſfaciam, Quintilianum putato tibi reſpondere, quæ ſcitans, & ſapienter quid faciendum ſit monete. Is enim libro inſtitutionum ſecundo ait. Ne illorum quidem perſuaſio tranſeunda eſt, qui cum idoneos rhetori pueros putauerunt, non tamen continuo tradendos eminentiſſimo credunt. Sed apud minores aliquandiu detinent, tanquā inſtituendis artibus magis ſit apta mediocritas præceptoris, cum ad intellectum, & imitationem facilior tum ad ſuſcipiendas elemētorum moleſtias minus ſuperba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandum, ut oſtendam, quanto ſit melius optimis imbui. Quanta in eluendis, quæ ſemel inſederint, uitiis difficultas conſequatur, cum geminatum onus ſuccedentes premat, & quidem dedocendi grauius, ac prius docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferūt duplices ab iis, quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, q̄ ſi rudes traderentur. Error tamen eſt in re duplex, unus, quod interim ſufficere illis minores exiſtimant, & bono ſane ſtomacho cōtēti ſunt. Quę quanq; & ipſa reprehenſione digna ſecuritas, tamen eſſet utcunq; tolerabilius, ſi eiuſmodi præceptores minus docerent, non peius. Alter error! etiam frequentior, quod eos qui ampliorem dicē

di facultatem ſint conſecuti,non putant ad minora deſcendere,idq́ interim fieri,quia faſtidiant præſtare hanc infirmioribus curam,quia omnino,non poſſint.Ego porro,qui nollit,in numero præcipientium non habeo. Poſſe autem ſi uelit,optimum quemq́ contendo,primum,quod eũ,qui eloquentia cæteris præſtet,illa quoq́,per quæ ad eloquentiam peruenitur,diligentiſſime percepiſſe credibile eſt. Deinde,quia plurimum in præcipiẽdo ualet ratio,quæ doctiſſimo cuiq́ pleniſſima eſt. Poſtremo quia nemo ſic in maioribus eminet,ut eum minora deficiãt. Niſi forte Iouem quidem Phidias optime fecit,illa autem,quæ in ornamentum eius operis accedũt,alius melius laboraſſet. Aut orator loqui neſciet,aut leuiores morbos curare præſtantiſſimus medicus. Quid ergo? Non eſt quædam eloquentia maior,q̃ ut eam cõſequi puerilis infirmitas poſſit? Ego uero confiteor. Sed hunc diſertum præceptorem prudẽtem quoq́,& non ignarum docendi eſſe oportebit ſubmittẽtẽ ſe ad mẽſuram diſcentis,ut uelociſſimus quiſq́ ſi forte iter cum paruulo faciat,det manum,& gradum ſuũ minuat, nec procedat ultra,q̃ comes poſſit. Quid ſi accidat,ut faciliora plerunq́ ſint ad intelligendũ,ut lucidiora multo,quæ a doctiſſimo quoq́ dicuntur? Nam & eſt prima eloquẽtiæ uirtus perſpicuitas. Et quo quiſq́ ingenio minus ualet,hoc ſe magis attollere,ac debilitare conatur,ut ſtaturam breues in digitos erigunt,& plura infirmi minantur. Nam tumidos & corruptos,& tinnulos,& quocunq́ alio cacozeliæ genere peccantes certum habeo non uirium,ſed infirmitatis uitio laborare,ut corpora non robore,ſed ualetudine inflantur,& recto itinere laſſi plerunq́ diuertunt. Erit ergo obſcurior,quo quiſq́ deterior. Sit ergo tam eloquentia q̃ moribus præſtantiſſimus,qui ad Phœnicis homerici exemplũ dicere,ac facere doceat. Ex his abunde arbitror cõſtare,q̃ male ſuis conſulant liberis,qui mediocri præceptore contenti ſint. Cura igitur illa ſit primaria,ut optimum quenq́ moribus,& literis inueniant qui deum ſuper omnia colat ac timeat,qua uirtute ſi careat,quæ uera illi uirtus eſſe poteſt? Dicam q̃d ego in plurimis expertus ſum,& ſi hac ue

ſtra

ſtra ciuitate nunc experior, tradtos eſſe mihi præclaræ indolis adoleſcētes quoſdam, qui ſub præceptoribus nōnulli decem, quidā plureis etiam fuerint annos, qui magnos authores iam triennium audierint, & epiſtolas compoſuerint perſuaſione quadam & parentū, & ſua iam docti, atq; ob id tumidi. Q uos cum percunctaret, an in grammaticæ rudimenta quas dicimus regulas, grammaticæ compoſitionis præcepta continentes bene didiciſſent reſponderunt quaſi ſtomachātes, iādiu ſe talia reliquiſſe puerilia, ac optime illa tenere. Si ita ſit, inquā, bene uobiſcū, & meū ſimul ageſ. Verū cauete ne fallamini. Multi.n. ſūt, q falſa pſuaſione dūti ea ſe credūt ſcire, quæ ubi poſtea pᵉriculū fiat, uix attigiſſe deprehēdunt, ſine quibus ad maiora nō datur acceſus. Q ui ad me uolunt conſcendere, neceſſe eſt per ſcalarū gradus euadant. Suus in qualibet arte modus eſt, quē qui præteteat, percipere artem nō poſſit. Non iacit ſemen agricola, qui nō ſæpius, ac diligēter arauerit. Opus ex maſſa non ducet, qui prius ferrū non emollierit. Fructum ante florem non fert arbor. Verum experiamur, quātū didiceritis. Vbi ad periculum uentū eſt, deprehendi necdū nomina, & uerba declinare didiciſſe. Ex quo quid de reliquis ſperandū foret, ſatis intelligebam, nec me unq̃ feſellit opinio. At magno certe, ac deteſtabili uitio laborant pleriq; magiſtri, dū uel laborem, & moleſtiam ſubterfugiūt, uel nimis feſtinant, uel certe docere neſciunt, qui, quæ prima, & maxime neceſſaria ſunt omittentes nominū, ac uerborū declinatione m præteteunt negligētia, uel ignoratione ingenijs pernicioſa, nec audiūt Q uintilianum in primo inſtitutionum monentē. Nomina declinare & uerba imprimis pueri ſciant. Neq; enim aliter peruenire ad intellectum ſequētium poſſunt. Quod etiam admonere ſuperuacaneum fuerat, niſi ambitioſa feſtinatione pleriq; a poſterioribus inciperent, & dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſa uolunt compēdio morantur. Viget plurimū noſtro ſeculo uitium hoc peſſimū, nec eſt quicq̃, quod magis obſit ſero proficientibus. Q uomodo enim progrediatur, qui firmis conſiſtere greſſibus non poteſt? Q uomodo non inſtructus armis

pugnabit miles?aut pariat,quæ non conceperit? Videant ergo admoniti parentes,ne ſe decipiant infideles,uel igna ri artis magiſtri. Nam mercedis quidem parua iactura eſt, temporis autem maxima,quo nihil homini datum eſt pre cioſius,aut quod pluris faciendum ſit. LEAN. Et certe nullam prius reddendam nobis rationem, q̃ temporis, exiſtimo. Nec ullius rei magis ſeuerum exactorem ſuturum deum. GASP. Cum tot nunc uigeam,ut cernis ui tia. Non enim puto corruptius ſeculum fuiſſe,& ab illis ac cenda ſit imprimis,ut ſapienter monuiſti,tenera ætas, aut ſi ſegnes ſint in ſtudiis, & quæ iubentur,minus faciant, quomodo caſtigandos exiſtimas pueros? FLA. Hæc mea ſententia eſt,ad honeſta pueros exercitia non plagis, non uerberibus,ſed monitis,ac rationibus adduci oportere. Omitto enim, quod ea magis ſeruos decent, q̃ liberos, qui durati rigeſcunt & ad ſuſtinendos labores nūc contu melius, nunc plagarum uerberibus aguntur. Liberaliter autem educatis pueris maiores quidem laus, & uitupera tio,q̃ uerbera ſtimulos adiicit,ac excitat. Illa enim ad hone ſta impellit,hæc a turpitudine deterret. Mixtim uero,& al ternis utendum erit obiurgationibus, & laudibus. Poſtq̃ igitur uehementer obiurgauerint,pudore agendum erit, rurſuſq; laudibus reuocabimus. Qua in re imitandæ nutrices erunt,quæ,ubi ſilere infantes coegerint,ubera poſtmodum admouent. Cauendum tamen erit,ut in utraq; re ſuus ſeruetur modus & ne nimis elati fiant,ac intumeſcant laudationibus,& immodicis obiurgationibus odiſſe ſtudia incipiant. Rigidi enim ſunt quidam, & uere ruſticani præceptores, qui in uituperando, & ſeruilibus afficiendo contumeliis nullum ſibi modum ſtatuunt. Quæ res quidem,ut multi ſtudia deſererent, fecit. Quod ſane multo magis accidit,quando immodica uerberatione,& immani quadam ſæuitia ſic urgent pueros,ſic illis inſtant præceptores,ut quaſdam cum iis exercere inimicitias ui deantur. Verum & patribus idem, quod præceptoribus de caſtigationis modo dicimus. Nolo de ſæuitia multa di cere,nam pauciores ſunt,qui ibi peccent patres,quoniam

uidemus

uidentibus, & audientibus illis plerię nunc filii peccant. Plurimos ego noui patres, quibus amor nimius, ne amarent, cauſa extitit. Nam dum feſtinant, ut in cunctis filii eorum proficiant, & cæteris præſtare cupiũt, nimios illis labores adiiciũt, ſub quibus immodice grauati deficiunt, & corruunt ſimiles plantis, quæ cũ modicis alantur aquis immodicis ſuffocãtur. Animus enim cum mediocri ue getetur labore, nimio ſi grauet, facile opprimit. Imitãdi ſunt prudentes equiſones, qui nouum equũ non ſtatim frænis actionibus, ac ephippiis onerãt, neq; calcaribus fodiũt, ſed molli utuntur uirga, neq; diutius inſident, immo auidum eius ſæuitiæ cohibẽt, ac parcere ſibi cogũt. Similiter agricolæ, quibus mos eſt recentem iuuencũ labori paulatim aſſueſacere, idem luxurianti ſegeti pecus immittũt, ne ſuccreſcens poſtmodũ onus fragileis culmos infringat, & grauatã nimio fœtu arbuſculam furcillis adiuuãt, aut ponderis decutiunt partẽ, ut reliquum ad maturitatẽ perueniat, & rami non frangantur. Quæ ideo dixi, quia non ſolum aliquãdo nimiũ feſtinant patres, ſed etiã, quæ uelocia uident, & uida ingenia, dum nimis audent, dũ multa cõgerunt, nihil proficiunt, & debilibus ſimilia ſtomachis, dum plus æquo accipere geſtiunt, nihil concoquunt. Præcocis ingenii pleruną ſigna hæc ſunt. Quod non temere uſq; peruenit ad frugem. Ii ſunt, qui parua facile faciũt, & audacia prouecti quicquid poſſunt ſtatim oſtendunt. Poſſunt autem id demum, quod in proximo eſt. Verba continuant. Hæc uultu interrito nulla tardati uerecundia proferunt. Non multum præſtant, ſed cito. Non ſubeſt uera uis, nec penitus immiſſis radicibus nititur, ut quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina celerius ſe effundũt, & imitatæ ſpicas herbulæ inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt. Placent hæc annis comparata, deinde ſtat profectus, admiratio decreſcit. Debet autem in diſcernendis ingeniis ſumma uti prudentia, & diligentia præceptor. Nam ſicut agri non eundem cultũ poſtulant, aut idẽ ſemen recipiunt, ita ingenia, niſi mature obſeruaueris, quomodo tractari oporteat, parũ proficies. Sũt enim quidã, niſi inſtitueris, remiſſi. Quidam

imperia indignanſ. Quoſdá continet metus. Quoſdá debilitat. Alios continuatio extundit in aliis plus impetus facit. Hæc cum animaduerterit præceptor perſpiciat diligēter: quomodo tractandus ſit diſcentis animus. Sed & monere plurimū, & hortari ſemper meminerit, & ſpe propoſita ingentis præmii, & laudis futuræ tolerabiliorem faciat laborē, & ſapientū exemplis, ac præcipue grauibus illorū ſententiis feſſos, quales ſunt illæ, ſubleuet. Aiebat Ariſtoteles, ſtudiorū amaras radices eſſe fructus uero dulces. Rogatus item, quomodo differrent docti ab indoctis, quo inquit uiuētes a mortuis. Item eruditionem inter proſpera eſſe ornamentum, inter aduerſa, refugiū. Quærēti cuidā quomodo diſcipuli egregie proficerent, ſi excellentiores conſequi certantes tardiores non attendant. Item diſciplinam optimū eſſe uiaticū ad ſenectutē. Ariſtippus etiā interrogatus, quam eſſe putaret inter doctum & imperitū differentiam: Quæ inter domitū equū, & indomitū cernitur. Idē interrogatus quomodo ſapiens ab inſipiente differret mitte, inquit, ambos nudos ad incognitos, & diſces. Idem affirmabat, præſtare fieri medicum, q̄ imperitū. Glorianti autem cuidam, quod plurima didiciſſet, ait, Sicuti ii, qui plurima comedunt, & exercent, non melius ualent, q̄ qui ſumunt neceſſaria, ita nō qui plurima, ſed utilia legerunt, ſtudioſi habendi ſunt, & eruditi Rogatus etiā a quodā. Quomodo melior euaſurus eſſet filius, ſi inquit eruditet. Glorianti cuidā, quod magnæ urbis ciuis eſſet, Noli, inquit Ariſtoteles hoc attendere, ſed an dignus ſis magna, & illuſtri patria. Antiſthenes philoſophus adoleſcenti, qui eius cupiebat diſcipulus fieri, & rogabat, quanā re opus eſſet. Libro inquit nouo. Nouo ſtilo, tabellaq; noua animū ſignificans Oportere ſcilicet ueteres mores abiicere uolētem diſcere, ac nouos induere. Aiebat etiā uirtutis ſtudioſos nobiles eē. Item ſapientē ſibi ipſi ſufficere. Eius quippe eſſe, quæ aliorum ſunt omnia. Illud quoq;, uirtutem eſſe arma, quæ tolli nō poſſunt. Et quia exemplis etiam uitiorum uitius excitatur, talia quoq; afferre, non ab re fuerit, ut illud Demetrii Phalerei, qui cum aliquādo uidiſſet iuuenem luxurioſum

ait,

ait, Videte inquit, quadratã ſtatuam habentẽ Sytma, uentrem, pudenda barbam. Diogenes Cynicus dicebat, Diuitem inductũ ouem eſſe aureo uellere. Rogatus idem quæ nã perniciosiſſima morderet bellua. Ex feris inquit, obtrectator, ex mitioribus adulator. Dicebat illud quoq; hominum arguens ſtultitiam, Solere unũquenq; nõ ſine tactu, atq; tinnitu ollam, & operculũ emere. in deligendo aũt homine ſolo aſpectu cõtentũ eſſe. Propterea monebat Pythagoras nõ eſſe iniiciendam unicuiq; dexterã, ut diſcant pueri, non eſſe quenlibet ſtatim in amicitiã recipiẽdum. Et ad uitandã prauorũ conſuetudinẽ illud eiuſdem Pythagoræ præceptũ diſcipulorũ auribus inculcare, non inutile fuerit. Aiebat enim uir ſapientiſſimus, Quæ nigrãtes caudas habent, guſtari nõ oportere. Quod quidem nihil aliud eſt te ſte, ac interprete Plutarcho, q̃ cum hominibus conſuetudinem nõ eſſe habẽdã, quos morũ deprauatio ipſa denigrat. Illud etiam Biantis crebro ſuggerere, qui, cum patria illius capta eſſet, atq; direpta cæteris Prienenſibus, quicquid poterant, aſportãtibus uacuis ipſe manibus abibat. Cur ita faceret interrogatus reſpondit, Omnia mea bona mecũ porto. Oſtendẽs ſcilicet, Nihil illi defuturum, qui ſe uirtutibus locupletauerit. Græca quoq; adagia, ut ὅπλον μέγιστον ἐστὶν ἀρετὴ βροτοῖσ. ideſt ſcutũ ſiue munimẽtũ maximum eſt uirtus mortalibus. Et καρπὸσ ὁ ἀγαθὸσ ἐστὶν εὔτακτοσ βίοσ. hoc eſt fructus bonus eſt moderata uita. Et ταμεῖον ἀρετῆσ ἐστὶ σωφροσύνη μόνη. ideſt Penu uirtutis ẽ temperantia ſola. Item ὁμοῦ προσήκει μήτ᾽ ἀκούειν μήτ᾽ ὁρᾷν. ideſt quæ non cõueniunt, neq; audi, neq; uide. Taleis autẽ ſententias nõ ſolum audiant libenter, ſed etiã memoriæ mandent, ut aſſueſcãt illis uti, ac ſe ſe inuicem opportune hortari. Nam & ornare animũ, & ſermonẽ plurimum ualebunt. Illud etiã inter præcipua curẽt, ut memoriam exerceant. Quod ſi non fiat, magna utilitatis pars diſcentibus aberit, ac difficulter audita recipient, & difficilius retinebũt. Memoriam Cicero theſaurum uocat. præcipuum in pueris ſignum memoriam Quintilianus aſſerit, Cuius duplex uirtus eſt, facile percipere, & fideliter continere. Vel ſit debi-

lis,uel ſit fæcunda omnino exercenda eſt. Nam ſæcundi-
tas illa proculdubio ſterileſcet,ſi ſtequens deſit exercita-
tio. Sı'terilis,diligenti,ac frequenti cultu adiuuabitur. Ha-
bet enim magnam cum agris,& alijs multis rebus me-
moria ſimilitudinem. Sit enim quamuis ſæcundus ager,
ſi debitam ſuſtuleris culturam,arido ſimilis,ac ſterili fiet.
Contra uero ſterilis,ſi diligenter illi uaces,ſi ſtercoratione
non fraudes,uberem fructum ferre incipiet. Micans gla-
dius breui deſuetudine rubiginem contrahit. Atq; ut con-
ſilium etiam Ouidius adiuuet noſtrum
Tempore qui longo ſteterit,male curret,& inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equus.
Nihil eſt deniq;,quod rebus omnibus magis obſit,q̃ im-
modica ceſſatio,in qua neglectum etiam memoriæ poni-
mus. Ea maxime torpeſcunt ingenia,& mire faſtidientia,
& reformidantia laborem redduntur. Non ſine cauſa poe-
tæ nouem muſas ſinxere Iouis,& memoriæ filias. Quid
enim didiciſſe multa profit,ſi memoria deſit? Propterea
Quintilianus ait. Maxime neceſſaria eſt oratori,ſicut ſuo
loco dieam:memoria. Et ea præcipue firmatur,atq; alitur
exercitatione. Et in iis,de quibus nũc loquimur ætatibus;
quæ nihil dum ipſę generare ex ſe queant,proprie ſola eſt,
quæ iuuari cura docentium poſſit. Et libro.xi. Memoriam
quidam naturæ modo eſſe munus exiſtimarũt,eſtq; in ea
non dubie plurimum,ſed ipſa excolendo,ſicut alia omnia
augetur,& totus,de quo adhuc diximus,inanis labor,niſi
cæteræ partes hoc uelut ſpiritu cõtineantur. Nã & omnis
diſciplina memoria cõſtat,fruſtraq; docemur,ſi,quicquid
audiuimus,præterfluat. Neq; immerito theſaurus hic elo-
quentiæ dicitur. Idem Plutarchus diligẽtiſſime monet,eu-
ius hæc uerba ſunt. Super omnia puerorũ memoria exer-
cenda,conſueſcendaq;. Ea enim diſciplinæ quaſi cella pe-
naria eſt. Quamobrem memoriam eſſe matrem muſarũ
traditur in fabulis,quaſi nero inſinuetur,ac demonſtretur,
nullam a natura rem tantũ gignere,ac nutrire,quãtũ me-
moriã poſſe. Illa igit̃ in utrãq; partẽ exercẽda,ſiue illi me-
mores,ſiue cõtra obliuioſi fuerint. Naturæ ſiquidẽ abũdã-
tiam

tiam corroborabimus, defectum uero ſupplebimus, eũq; illis cæteros, iſtis uero ſe ipſos uincere continget. Præclare enim apud Heſiodum.

Paruula ſi rentes ſuperadieciſſe puſillis,
Idq; frequẽs facias, magnus cõſtat aceruus. Illud uero ne parẽtes lateat memoratiuã doctrinæ partẽ nõ mõ ad perdiſcẽdũ, uerũ & ad cæteras uitæ res nõ minimã cõferre portionẽ. Nã rerũ geſtarũ memoria ad futurorũ conſultationẽ exẽplũ quoddã extat. Ergo inter præcipuas eſſe præceptorũ curas hæc una debet, ut memoriam pueri exerceãt. Hic magnus erit, ut proficiãt, gradus. Præterea illud quoq; attẽte uideãt, qd uniuſcuiuſq; ingeniũ poſtulet. An uero, ut idem Quintilianus inquit, clariſſimus ille præceptor Iſocrates, quẽ nõ magis libri benedixiſſe, q̃ diſcipuli bene docuiſſe teſtant, cũ de Ephoro ac Theopompo iudicaret, ut alteri frænis, alteri calcaribus opus eſſe diceret, aut in illo lẽuiore tarditatẽ, aut in illo pene præcipiti cõcitationẽ adiuuãdã docendo exiſtimauit, cũ alterã alterius naturã miſcendã arbitraret, imbellis tñ ingenijs ſic obſequẽdum ſit, ut tñ in id, quo uocat natura, ducanť. Ita enim, quod ſolũ poſſunt, melius efficiẽt. Nã ſunt hæc duo uitãda prorſus, unũ ne tentes qd effici nõ poſſit. Alterum, ne ab eo, quod optime facit, in aliud, cui minus idoneus ſit, tráſferas. Hactenus ſermonobis, qui primus eẽ debuit, de recta educatione, ac inſtitutione, hoc ẽ de cõponẽda uitæ formula, & de literaria exercitatione nõ idigẽs, ut puto, fuit. Verũ, quia nõ ſemp i operac in labore retinẽdi ſunt pueri, a quo illis ẽ naturalis fuga, ineũda ratio ẽ, qua & illi ſufficere poſſint & literas nõ odiſſe. Quod fiet, ſi parentes, ſi præceptores ſimiliter aliquid de ſua ſeueritate interdum eſſe remittendum duxeri t, at nõ ſemper inſtabunt pueris, quorũ fatigati ſtudio animi honeſto ludo exhilaradi erunt. Eſt enim uelut in cella quadã referuãdus corporis labor, & ſuis horis promẽdus, ac repo nẽdus. Hoſtes n. diſciplinæ, ut a Platone dictũ ſapiẽter ẽ, labores, ac ſomni, utriſq; temperate utendum. Ludo apta quædam membrorũ compoſitio ſimul, & robur acqritur. Bona enim corporis habitudo in pueris, bonæ quoq; ſene

ſtutis fundamēta iacit. Honeſta aūt corporis cum iucundi-
tate exercitatio nō ſolum ad bonā ualetudinē conſeruādā,
& ad cōcinnos membrorū motus pertinet, ſed animo etiā
nō parū prodeſt. Nam illa corporis agilitas neſcio quo pa-
cto ad ipſum quoq; animū pertinet, & excitatior, ac prom-
ptior efficitur. Propterea Quintilianus recte hac quoq; in
parte monet: cū ait. Danda eſt tamen omnibus aliqua re-
miſſio. nō ſolum quia nulla res eſt, quæ perferre poſſit con-
tinuum laborē, atq; ea quoq; quæ ſenſu, & anima carēt, ut
ſeruare uim ſuā poſſint, uelut quiete alterna retinent. Sed
quod ſtudiū diſcēdi uolūtate, quæ cogi non poteſt, cōſtat.
Itaq; & uirium plus afferunt ad diſcēdum renouati ac re-
centes, & acriorē animū, qui fere necesſitatibus repugnat.
Nec me offenderit luſus in pueris. Eſt & hoc ſignū alactita-
tis. Neq; illū triſtē, ſemperq; demiſſum ſperare poſſim ere-
ctæ circa ſtudia mētis fore, cum in hoc quoq; naturali æta-
tibus illis impetu iaceat: Modus tamen ſit remiſſionibus,
ne aut odium ſtudiorū faciāt negatæ, aut ocii cōſuetudinē
nimiæ. Sunt etiā nōnulli acuendis puerorum ingeniis non
inutiles luſus, cū poſitis inuicem cuiuſcūq; generis quæſtiū-
culis æmulantur. Mores quoq; ſe inter ludendū ſimplicius
detegunt, modo nulla uideatur ætas tam infirma, quæ nō
protinus, quid rectum, prauumq; ſit, diſcat, tum uel maxi-
me formanda, cū ſimulandi neſcia eſt, & præcipiētibus fa-
cillime cedit. Frangas potius, q̄ corrigas, quæ in prauum
indurverunt. Protinus ergo, nequid cupide, nequid impro-
be, nequid impotēter faciat, monēdus eſt puer, habēdūq;
in animo ſemper illud uergilianū. Adeo in teneris conſue-
ſcere multum eſt. Et alibi idē Quintilianus: Ne illos qui-
dem reprehendendos puto, qui paulū etiam palæſtricis ua-
cauerunt. Non de iis loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars
in uino conſumitur, qui corporū cura mentem obruerunt.
Hoc enim abeſſe ab eo, quē inſtituimus, longiſſime uelim.
Sed nomen eſt idem iis, a quibus geſtus motuſq; forman-
tur, ut recta ſint brachia. Ne indoctæ ruſticę manus. Ne ſta-
tus indecorus. Nequa in proferendis pedibus inſcitia. Ne
caput, oculiq; ab alia corporis inclinatione diſſideāt. Nam

nec hoc eſſe in parte pronunciationis negauerit quiſq̃. Nec ipſam pronunciationẽ ab oratore diſcernet. Et certe, quod facere oponeat, non indignandũ eſt diſcere, cum præſertim hæc chironomia, quæ eſt, ut nomine ipſo declaratur, lex geſtus, & ab illis temporibus heroicis orta ſit, & a ſummis Græciæ uiris, & ab ipſo etiã Socrate approbata, a Platone quoq̃ in parte ciuilium poſita uirtutũ: & a Chryſippo in præceptis de liberorum educatione ſcriptis nõ omiſſa. Nam Lacedæmonios etiam ſaltationem quandã tanq̃ ad bella quoq̃ utilẽ habuiſſe inter exercitationes accipimus. Neq̃ id ueteribus Romanis dedecori fuit. Argumentũ eſt ſacerdotum nomine, ac religione durãs ad hoc uſq̃ tẽpus ſaltatio. Et illa Ciceronis in tertio de oratore libro uerba Craſſi, quibus præcepit, ut orator utatur laterum inclinatione forti, ac uirili, non a ſcæna, et hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam a palæſtra, cuius etiã diſciplinæ uſus in noſtram uſq̃ ætatẽ ſine reprehenſione deſcendit. Verum de puerili educatione ac inſtitutione abunde ni fallor, ac non incurioſe hucuſq̃ diximus. Non diſſimilia fere ſunt, quę de adoleſcẽtia reſtãt, cui maior adhuc adhibẽda eſt cura, quo et ferocior iam fieri, et audacior ætas incipit, ut cum in taurum exit uitulus, cũ iam ſcalpit humũ pedibus, et animoſior ex robore factus cornu petit. Hinc audeo dicere, nõ iã fundamenta iaci optima, quæ præcedentis ætatis eſſe oſtẽdimus, ſed ordinandũ totius uenientis uitæ curſum, et cõſtituendã ſuperuenientẽ quaſi quandã molem. Permagni enim intereſt qualem ſibi hæc in parte uiuendi modũ adoleſcens occupauerit, et qua nunc liberior factus gradi uia incipiet. LEAN. Confirmat, quod dicis, uulgata illa Salomonis ſententia dicentis. Iuuenis iuxta uiam ſuã, et cũ ſenuerit, nõ receder ab ea. FLA. Non eo inficias poſſe clarorum exempla uirorũ adduci, quorũ tamen adoleſcentia ob turpitudinẽ fuerit infamis. Si enim in ſuperiore Aphricano ætatẽ hanc, qualis fuerit, requiras, uix talem credas euadere potuiſſe, qui uictor Annibalis, domitor Carthaginis, de tertia pte orbis inſigne illud cognomẽtũ, ac triumphum retulit. Egit infamem adoleſcentiam Fabius, atta-

men gallica illa nobili uictoria ſibi, ac poſteris Allobrogi
cognomentum pepetit, neq; illo ſeculo quicquam orna-
tius, ac ſpecioſius eo Romana ciuitas habuit. Quid Sullã
memorem? cuius adeo mollis, & omni genere libidinum
inquinata fuit adoleſcentia, ut. C. Marius aſperrimum bel
lum in Aphrica gerens moleſte tulerit, ubi audiuit, eum
ſibi quæſtorem obtigiſſe. Idẽ tamen quaſi effractis ne quic
tiæ uinculis cathenas Iugurtę manibus iniecit. Mithridatẽ
compeſcuit. Socialis belli fluctus ſedauit Cinnæ domina-
tionem repreſſit, & illum ipſum Marium, qui ſe quæſto-
rem in Aphrica faſtidierat, eandem illam prouinciam exu
lem, & proſcriptum petere coegit. Notum eſt, ꝗ corruptã,
& perditam adoleſcentiam Polemon egerit. Hic tamen
tantus poſtea philoſophus euaſit, ut temere, ac per ebrieta
tem Xenocratis ſcholam ingreſſus prius auditor illius ſit
factus dein ſucceſſor academicam ſcholam magna cum
laude texerit. Nec minorẽ afferunt admirationem muta-
ti Themiſtoclis mores, cuius adoleſcentiæ turpitudinem
colligere hinc licet, quod illum pater abdicauit, laqueo ui-
tam finiuit mater. Qui quantus poſtea uir euaſerit, ut alia
taceam, parta de Xerxe nobilis illa uictoria abunde teſta-
tur. Talia quidem exempla monẽt, poſſe in melius uitam
mutari: Sed plena diſcriminis res eſt, & perrari ſunt inuen
ti, qui de peſſimis uitæ initiis laudabilem uiuendi morem
traxerint. Propterea maxime danda eſt opera, ut optima
ſint principia. Et quoniam, ſicut oſtendi, maximum in ado
leſcentia momentum eſt, caueant patres, ne benedu-
ctam ad pubertatem filiorum uitam ſequens ætas deni-
gret, atq; inficiat, cuius rei autores plerunq; ſunt ipſi pa-
tres, qui cum magna non nunꝗ pueriles annos diligentia
cuſtodierint, liberam poſtmodum euagari multo pericu-
loſiorem adoleſcentiam ſinunt, tanquam egreſſi uaſti ma
ris pericula in tutum portum euaſerint, parum intelligen-
tes, multo procelloſius fretum, ac plenum ſcopulis filios
ingredi, quibus pueris cum pædagogos, & magiſtros præ
fecerint, iuuenilem dein impetum ſolutum uagari ſinunt,
cum multo maior his annis cura, & cautio debeatur. Quis

ignorat

Ignorat peccata puerorum, ſi diligens educatio, & inſtitu-
tio nõ deſit, parua eſſe, ac facilem medicinam poſcere. At
iuuenum delicta fere immodica, & magnam ſecum perni
ciem trahentia. Ventris intemperantia. Paternorum bono
rum expilatio. Alea. Saltandi proteruia. Ebrietates. Amo-
res uirginum. mulierum corruptiones. Adulteria. His ergo
totis uiribus obuiam eundũ eſt, & uenientes impetus coer
cendi. Nam petulantem ætatis uigorem non eſt facile re-
primere. Quocirca fræno uehementer opus eſt. Qui igi-
tur huic ætati ſe non obiiciunt, ac omni ope laſciuienti nõ
reſiſtunt, parum intelligere uidentur, quantæ licentiæ uiã
aperiant. Prudentes itaq; patres hoc potiſſimum tempore
ſumma cuſtodire uigilantia oportebit, ut adoleſcẽtes ſuos
ad modeſtiam inducant. inſtruant. minẽtur. interdum ro-
gent polliceantur. conſulant. Nunc illis eorum exempla
proponant, qui ob intemperantiam uitæ, ob ſuas libidi-
nes ad magnas erumnas atq; dedecora redacti ſunt. Con-
tra uero eorum, qui cum laude uitam egerunt, & qui be-
nefaciendo perpetuam ſibi gloriam compararunt. Illis ut
tanquam frænis cohibeantur, ac turpitudinem horreant.
His autem uelut acribus ſtimulis ad rectum impellantur.
Nam formido quidem pœnæ, & ſpes honoris duo perin-
de, ac uirtutis elementa ſunt. Imprimis autem diligentiſſi
me uideant, cum quibus uerſentur, neque ſint creduli, ut
plerique, qui quadam opinione probitatis ducti, quod eſſe
bonos quoſdam adoleſcentes aut de patribus, aut de illo-
rum indole credunt, eorum conſuetudine filios uti non
prohibent modo, ſed etiam gaudẽt. Verum ſub illa caſti-
gatæ uitæ, ac bonorum morum ſpecie, & ſimulatione ma
gna plerunq; latent uitia, quæ confirmata iam amicitia
ſe ſe paulatim effundunt, ac in perniciem trahunt. Ca-
ueant quoq; ne amoribus irretiãtur, de quibus poſtea egre
di difficillimũ, aut nimis ſerum eſt. Ne itẽ nõ legitimis de-
lectentur ludis: Vidi ego multos iuuenes claris ortos parẽ
tibus factos amoribus inſanientum ſimiles, & omni pudo
re abiecto nullã maiorũ, nullã ſui ratione habẽtes. Alios ue-
ro ludis ictos ex magnis opibus ad inopiã redactos uulgi

fabulam, et ludibrium factos. Illud etiã inter præcipua cauendum moneo, ut adulatores, et aſſentatores procul a filiis parentes arceant, et eos ab illorũ conſuetudine deterreant. Nullũ eſt enim genus animantiũ perniciosius. Nullum, quod cuius in præcipitia iuuẽtutem trahat. Ii patres, ac filios funditus euertetunt illorũ ſenectutem, et horũ adoleſcentiã magnis affligetues malis. Et, quæ ipsoꝝ conſiliis clandeſtina quædam latet eſca, uoluptatẽ ſemper prætendunt. Opulẽtos filios patres, ut ſobrietatẽ cõſeruent admonent, aſſentatores ebrietatẽ. Illi temperãtiam: iſti laſciuiã. Illi parſimoniam. Iſti ſumptus, et immodica impendia. Illi labores appetendos, iſti ocia ſuadent. Vniuſcuiuſq; uitam eſſe punctũ temporis aſſerunt, Propterea uiuẽdum eſſe. Et quænam uobis paternarũ cura minarũ inquiunt? Iam paret, ut Saturnus quidã ætate delirat: Iam capularis eſt ſenex. Sublimem hunc tollamus, et ꝗprimum efferamus. Pleriq; ad ſcortandũ accedũt. Intempeſtiuas ducunt uxores, paternaq; ad ſenectutem uiatica corradunt, atq; ſurripiunt. Sceleſtiſſimũ hominũ genus. Amicitiæ ſimulatores Locupletũ aſſentatores. Pauperũ cõtemptores. Omni parte uitæ turpes, nothi, atq; degeneres. Ad diuitũ nutum uitam agunt. Fortuna liberi electione ſerui. Tum ſe magnas pati contumelias opinant, cum nullis afficiunt contumeliis, quia tũc alienum ſe fruſtra cibum capere exiſtimant. Quocirca ſiquis pater eſt, qui filiis bene conſultũ uelit, has primũ perniciosas belluas, ac uerius exitialẽ peſtem fuget. Quædam tamen ſunt delicta, in quæ ſeueritatẽ parẽtum, aut præceptorũ diſtringi nõ oporteat, leuiora ſcilicet, ac tolerabiliora. Talia igitur uel diſſimulẽt, uel ſi periculum ſit, ne per aſſuetudinẽ ſublata omni animaduerſione augeantur, leuius increpent. Si enim amicorũ delicta quædã ferre, et iã diſſimulare interdũ uitio non ducitur, cur et filiorum non feramus? Neq; enim quiſꝗ ſic omni labe prorſus caret, atq; adeo purgato eſt animo, ut aliqd nunꝗ peccet. Habenda igitur ratio eſt, qui, et quales ſint morbi, quibus adhibendã eſſe medicinã putemus, neq; enim omnes medico indigẽt, immo nocuit aliquãdo curatio, nã uelut me-

dicinam

dicinam peroſi inualuere. Tractandus eſt arte quadã humanus animus, neq; præcipitanter, & incõſiderate curandus, ne, dum remedia parũ caute applicas, quẽ ſanare uelis interimas. Quidam enim, dum ſeuerius parua quædã uitia inſectant, neq; quicq̃ impunitũ relinquũt, gratiã oẽm, ac uim caſtigationũ perdunt, iraſq;, ac indignationis in ſe ſtimulos excitãt, de quibus magna ſenſim odia gignunt. Demum meminiſſe terentianum illud in Andria oportet. Pro peccato magno paululũ ſupplicii ſatis eſt patri. GASP. Ex us, quæ diligenter a te collecta ſunt, atq; narrata, uerissima quidẽ, ac utiliſſima, in eam opinionẽ uenio, ut pleraq; uitia, quibus hæc ætas maxime abundat, parentũ, ac præceptorũ culpa naſci, ac uigere exiſtimem, & propterea te ualde hortor Flamini, ac rogo, ut, quẽ ſermonẽ de educatione liberorũ, ac inſtitutione luculẽtum ſane, & copioſum habuiſti, ubi primum per ualetudinẽ potueris, mandare literis, ac edere ad omnium utilitatẽ ne graueris. Licet enim multi de hac re ſcripſerint, attamen, qui poſteriores operã eiuſmodi præſtitere, nõ ignorabant, eandẽ materiã ab aliis eſſe tractatam. Scripſere tamen, quod ſe quoq; profuturos aliqua in parte credidere. Scio ego quædam abs te præſcrip tim de moribus dicta, quæ a nullo tam efficaciter, ac tã utiliter tractata opinor. Quæ tamen ſi etiã præterita ab aliis nõ fuerint, ob id ſaltem fore utilia nõ dubito, quod ad memoriam multorum rediges, quæ diu neglecta, & obliuioni tradita fuere. Dum enim recentiũ ſcriptorũ lectio allicit, capiuntur multi, dum legunt, & quod nõ cogitarant, moribus adducunt, ut faciant, ſicut inopinato ueniens in conuiuiũ nihil tale cogitans, nec eſuriens etiã. Vbi tamen blande inuitatus a diſcumbentibus neſci cœperit, capit cibis, ac præter opinionẽ ipſe quoq; cõuiua fit, ac ueniſſe nõ piget. LEAN. Recte quidẽ ſuadet Gaſpar, qui me, dũ eadem uti adhortione cogito, anteuertit. Quod enim genus ſcriptorum utilius ſit, & fauorabilius excipi debeat, q̃ quod de moribus tractat, & ad inſtruẽdã uitam pertinet? cuius bene degendæ prima unicuiq;, ac ſumma eſſe cura debet. FLA. Quãdoquidẽ uobis ita uidetur, & rem fore utilẽ pu-

ſatis,laborem ſcriptionis huiuſce non refugiam. Materia certe ipſa digna eſt,in qua ſe ſe libenter exerceant eruditorum ingenia,ſi modo in iis ego numerandus ſum neq; ulla eſt,quæ magis ad ſcribendum uocet, q̃ quæ mores ordinat,& uiuendi leges præſcribit. Verum tu Leãder,ne me poſtea quæſo tarditatis inſimules,ſi nõ tam cito ſacrã tuorum ſanctorũ hiſtoriam,quam propediem edituri ſumus expediero,uitã ſcilicet diuorum Dominici.Petri martyris, Thomæ Aquinatis,Vincentii editam a me tameti antea, ſed mox locupletiorem hanc edendã,& Catharinæ Senẽſis,& aliorum quorũdam uirorum in tuorum ordine Prædicatorum illuſtrium.Quod quidem opus non ſolum uehementer expectari ſed etiam efflagitari a q̃plurimis non ignoras. LEAN. Scio moram non fore longam,qui te nouerim,poſſe diebus paucis iſtud aliud opuſculũ conficere, Neq; nobis poſſet,ut noſti,Chalcographus noſter impræſentia uacare. Præterea ſacræ hiſtoriæ quædã cogitas addere,quæ uberiorẽ illam,& iucundiorem efficiant,ut non ſit nimis properãdũ.Gratius ueniet opus,quo locupletius, & ornatius.Interim educationi tuæ liberorum,& inſtitutioni uaca. GASP. Retulit mihi Leander Flaminii luculẽtam admodum,atq; pulcherrimã eſſe ſanctorum hiſtoriã, quos dixiſti,& lectu iucundiſſimam,et cui neq; copia dicẽdi,neq; artificium deſit. FLA. Iudicabũt mi Gaſpar,qui legerint.Illud ſcio,me nihil prætermiſiſſe,quod in eo,quæcunq; ſunt,ingenii,ac dicendi uires præſtare potuerunt,& ſpero cœleſte mihi numen in ſua cauſa non defuiſſe. GAS. Mirum me tenet deſiderium partẽ aliquã eiuſce hiſtoriæ legendi. FLA. Illinc quidem petere librũ potes,ſi uelis,& mox aliquid deguſtare. Hic eſt liber,uel tu accipe,uel me, ſi magis placet,ſinas legere. GASP. Vt lubet Flamini. Attamen tua te legentem ſcripta libentius audiam. LEAN. Volo Flamini legas illi,ſi tibi ita uidetur,illam in diui Dominici uitam pulcherrimam præfationẽ,quã ad ampliſſimum patrem.L.Puccium Sanctorũ quattuor Coronatorum Cardinalem tui amatiſſimum proxime paraſti. Qua nihil adhuc de tuis ſcriptis legi elegantius,artificioſius,&

in ea

in ea breuitate copioſius, ac inſuper breuem illam, quam paulo ante ſuum obitum diuus ipſe Dominicus habuit orationem. Qua quid preſſius, & emunctius in eo genere legi queat non uideo. Nam quid de reliquo ſperare poſſit opere Gaſpar, coniectuam facere poterit. Et multum diei adhuc ſupereſt. FLA. Modo idem Gaſpari placeat. GASP. Mihi? Nihil eſt, quod magis cupiam. FLA. Audite ergo. Legi ſæpenumero. P. Ampliſſime Sanctorum martyrum, & eorum, qui confeſſores appellantur, uitam, res geſtas, & præclara facinora. Quibus nihil maius, Nihil memorabilius habet antiquitas. Sed magnas in tanta rerum claritate, atq; ſplendore uel negligentia chriſtianorum, uel contemptu tenebras offendi. Quæ res quidem facit, ut rudi, & incondito ſermone pleraque legantur, &, ut gratia quædam, & authoritas maior factis excellentibus deſit, quam plurimum quidem grauitas orationis, & uenuſtas parit, & eloquentia conciliat. Nec enim tantæ res eſſent Aſſyriorum, Athenienſium, Lacedæmoniorum, denique Romanorum, quantæ leguntur, niſi præclara ſcribentum ingenia eas excoluiſſent, ac illuſtraſſent. Maiorem multo res hæc Alexandrum Macedonem fecit, & Annibalem, utrūq; Aphricanum, Pompeium, Cæſarem, ac mille alios, quorum famam ſcribentium claritas auxit, & poſteris cōmendauit, q̄ ipſa illorum geſta, quæ ad ſcribendum ingenia excitarunt. Propter hoc Alexander ipſe felicem dixit Achillem, cum ad eius tumulum ueniſſet, quod magnum ſortitus eſſet uirtutis, ac meritorum ſuorum præconem inſignem Homerum, qui diuino carmine longe illum maiorem populis oſtenderet. Nec alia ſuperiorem Aphricanum cauſa mouit, ut Q. Ennii ſtatuam rerum ſuarū ſcriptoris ſuo imponi ſepulchro iuberet, & cum ſuo uellet titulo poetæ quoq; nomen legi. Hæc ideo dixi, ut oſtenderem, quanti referat, rerum habere ſuarum ſcriptorem quempiam egregium, quem ſi præclara uirorum excellentium geſta non ſortiumur, minora quodammodo illa fiunt, & ſordeſcere uidētur. Hoc eſt, quod me, quod

pleroſq̧,alios nõ indoctos homines in ſanctis noſtris offen-
dit,quorũ tamen facta ſi priſcis comparent gentilibus, tan
to quidem maiora,& admirabiliora inueniant,quãto reli
gione ueteri potior ẽ chriſtiana religio.Quare,ſicut in Ma
gni Alberti uitam præfati ſumus,quam cũ aliis,multis nu/
per edidimus,magna, reprehenſione digni ſunt chriſtiani
homines eruditione,ac facũdia pollentes,qui ſtudiũ omne
ſuum a ſcribendis his auerterũt.Quo factũ quidem eſt,ut
innumerabiliũ penè ſanctorũ res geſtæ partim obliuioni
traditæ,quia defuere,qui ſcriberent, partim adeo rudi,ac
inepto ſtilo cõtextæ fuerint,ut illarũ maieſtati multũ incõ-
dito,ac inſipido ſermone detractum uideatur,& ſimul eru
ditti homines ab earũ lectione deterreant.Quod ea potiſſi-
mum de cauſa credimus accidiſſe,quia ſolent,pleriq̧ non
libẽter in iis exercere ingeniũ,quæ ad religionẽ chriſtianã
pertinere uident.Immo tanq̃ uilia ſint,& floccifacienda,
ſiquis,operam ab iis talem exigat,indignant,& ſtomacha
ri uidentur,tanq̃ inanem operam ſumant,in qua nec eru-
ditionem oſtentare,nec facundiã poſſint.Hinc factũ eſt,ut
poſt Hieronymũ,poſt Gregorium,& Athanaſiũ,& alios
quoſdã paucos non minus eloquẽtia,q̃ ſanctitate illuſtres
uiros rari admodũ inuenti ſint eloquentes chriſtiani gene-
ris ſcriptores,qui clarorũ hominum,quorũ numerus penè
infinitus eſt,& quorum ſplendore chriſtiana res creuit,ac
illuſtrata eſt,ſancta,& fortiter geſta literis mandauerint
tanq̃ materiam quidem artificii,ac eloquentiæ minus ca-
pacẽ.At non ſic ueteres illi in ſua religione uerſati ſunt,qui
ſtudiũ omne ſuum,ac ingeniũ ad excolẽdã eam,& ampli/
ficandam contulere,dum non nulli eorũ faſtos ſcribunt,&
ritus ſacrorum diligẽti,ac eleganti ſtilo complectunt. Alii
ſanctorũ uirorum dicta,& facta memoratu digna poſteris
tradunt.Alii deorũ laudes hoc eſt hymnos,impenſe conci
nunt.Duplex hæc indignitas.P.Ampliſs.hinc male ſcribẽ
tium,inde contemnentiũ,uel indignantiũ ſcribere ſtudiũ
excitauit meum,& acuit,& tanq̃ deo ſtudiorũ meorũ de-
cimas perſoluturus ſacrã hiſtoriã ſcribere aggreſſus ſum,
cui quantũ a publicis occupationibus,quibus me aſſidue,

ac

ac immodice diſtineri,ut puto audis licuit,operam aliquot iam annis impendi ea quidē mente,ut quātū poſſem,iam bene de Repub.chriſtiana meritos ſcriptis meis ornarem, Non quod laude mortali,& humano præconio felices illi ſpiritus,& ſempiterno cū angelis æuo fruentes indigeant, Sed,quod illis habēda ſit eo modo,quo poteſt,gratia,& digni ſint,qui ab omnibus celebrent,quorū alii ſuo ſanguine,diuinis alii moribus,dictis,& factis memorabilibus hāc nobis Remp.cuius caput eſt Chriſtus ſtabiliterunt,ac illuſtrarunt.Adde,quod ſanctorū uirorum præclara facinora mandata literis nō modo plurimū delectant,& ſuaui admodū pabulo animos paſcūt,ſed etiam mirifice proſunt, & ad imitanda illa mentes alliciūt,& erigunt,ſi cum ornatu orationis in publicū prodeant.Neq; hinc fæcunda ingenijs materia deeſt,in qua uires ſuas exercere,ac oſtentare eloquentiam poſſint.Nā ſi tantā Decii pater,ac filius,qui ſe pro ſalute patriæ deuouerūt,& Curtius,qui ſe in profundam uoraginē demerſit,& Paulus Aemilius,qui ſuorū cladi ſupereſſe noluit,& Athenienſiū dux Codrus,qui,ut ſuis uictoriā relinqueret,mori hoſtiū manibus nō dubitauit,& Spartanus Leonidas,qui cū trecētis tantum militibus,ad Thermopilas Perſarū exercitui ſe ſe opponere pro tuenda patria,& occumbere non recuſauit,uberem ſcribentibus materiam præbuerūt.Quare infinita martyrū noſtrorum millia,qui pro Chriſto,& pro Chriſtiana Repub.ſæuiſſimis ſe cruciatibus expoſuerūt,& nullū necis genus exhorruere,nō multo uberiorē miniſtrēt? Atq; ut ita eſſe cōſtet: Quos Scæuolas? Quos Pompeios fortitudine,ac patientia noſtris martyribus? Quos Fabios,& Metellos conſtantia? Quos Fabritios,& Curios,aut Paulos abſtinētia,& cōtinentia? Quos præterea Catones grauitate,ac omni uitæ integritate noſtris confeſſoribus? Quos ex maribus Virginios,aut Aphricanos,ex fœminis autē quas Lucretias,aut Theutonicorū uxores pudicitia Hieronymo,Gregorio,Dominico,Franciſco,Vincentio,immo,ne per ſingulos orationem extēdā,noſtris omnibus ſanctis,præcipueq; tot uirginum millibus obiiciat antiquitas? Extollant præconiis

Clœliæ fortitudinem ueteres. Porciam mirentur, & Artiã.
Quid ſimile habebũt, ut alias immunetabiles taceã, ſi te-
giæ uirgini Catharinæ, ſi Agathæ, atq; Agneti, ſi Vrſulæ
cum undecim millibus uirginum conferantur? Sed nolo
in his eſſe longior, quia ſi perſequi talia uelim omnia, uix
finem inueniar orãtio, cum præſertim Clariſſimus, atque
Sanctiſſimus prędicatorum ordinis Inſtitutor, & Princeps
Dominicus omnium ſimul uirtutum, quarum exempla
in ſanctis omnibus quiſpiam conquirere poſſit, ac inuen-
nire, tanquam uberrimum ſe ſe theſaurum offerat. Quid
enim ſumma in quoq; dignum laude requiras, quod in
hoc uno copioſe non inuenias? Quære ſanctitatem, ante q̃
in lucem ſit editus, præmonſtrata eſt, & ab ipſo ſtatim ute
ro matris inchoatam uſq; ad exitum uitę tantam inuenies,
quanta in alio quoq; ſanctorum inueniri queat, uel deſide
rari. Quod ſi te ad particularia conuertas. Quid illius pu-
ritate mentis, & corporis ſyncęritate, atq; mũditia purius,
defæcatius, ac mũdius? Quid auſteritate uitæ durius, atq;
rigidius? Qui etiam infans cunnas egreſſus in nuda ſæpe
humo iacens inuẽtus ſit? Quid corporis macerationibus?
ieiuniis? uerberibus? perpetua ſuper nudo ferrea cathenæ
Pernoctationibus? & aſſiduis pene lachrymis horridius di
ci queat & aſperius? Verba mihi deſunt, quibus inenarra
bilem illius in deum pietatem & charitatem in proximũ
explicem, pro quibus nullos uſquam labores, nulla pericu
la reformidauit unquam, aut refugit. Quæ ſola fuit cauſa,
ut ſanctiſſimum ordinem inſtitueret, ut ſuis uidelicet, ac
ſuorum ſacris concionibus, populos ad amorem dei, & re-
ligionis cultum accenderet. Quid illius maxima, & diu-
turna in hæreticos certamina, & tot glorioſas de iis memo
rem uictorias? cum per totam Hiſpaniam peſtis illa diffu-
ſa eſſet, ac totum orbem chriſtianum correptura mox uide
retur pollutis etiam ea labe regibus, ut neceſſe fuerit uexil
lum Crucis attollere, & ingentibus crucesignatorum co-
piis contra tendere, ac tantum incẽdium armis reſtingue-
re? In quo quidem bello, & in omnibus diſputationibus,
uel armorum certaminibus, in quibus ipſe piis orationi-
bus

bus aduerſus hoſtem dimicabat,quam a illius enituerit uirtus,non ignorabit,quicunq; uitam illius,quam modo ſcripſimus,legerit. Tanta uero in eo facũdia,& uis eloquẽtiæ fuit,ut non facile alius auditorum animos in ſuam ſententiam magis attraxerit,aut affectus uehementius,& efficacius mouerit. Quod ſi philoſophiam in eo,ac theologiæ ſcientiam requiris,quantum in utroq; polluerit,illud indicat,quod primus omnium ſacri magiſter palatii dictus eſt. Quæ quidem conſtituta in eo dignitas,& inchoata in fratrum prædicatorum ordine hodieq; perdurat. Si demum uelis,ut raræ admodum,& admirãdæ ſanctitatis effectus aliquot,& ſigna recenſeam,mille poſſim referre: ſed in uolumen creſcat epiſtola. Ne tamen ſilentio prorſus rem prætereeam paucis hæc percurram. Viam ad ſignum crucis relinquit illi ſiccam iter facienti pluuia. Alta,& uorticoſa flumina ſubſidunt,& fiunt traiicienti peruia. Pauci panes ab eo in parua diuiſi fruſta magnam diſcumbentium multitudinem ſatiant. Vacua illius dolia uino diuinitus replentur. Pelluntur ab ægrotantibus nulla arte ſanabiles morbi. Fugantur ab obſeſſis dæmones corporibus. Ad uitam mortui circiter quinquaginta reuocantur. Ab ipſa dei genitrice cum Clariſſimo Minoritarum Principe Frãciſco ad ſuſtentandum collabentem Eccleſiæ ſtatum deligitur. Ab eodem indumenta,quibus ipſe cum ſuis utatur accipit. Hæc autem,& multo plura illi adhuc uiuo contigere. At uita functum quot,& quanta ſint conſecuta non dico: quia nimium creuit oratio,&,quia,ſi uitam legeris quam ſcripſimus,ut te certe lecturum non dubitamus: ingentem aceruum omnis generis exemplorum huiuſmodi: & miraculorum inuenies. Quæ cum legeris: ſtupebis ipſe: ac fatebere non facile ab Apoſtolorũ ſeculo ad hoc uſq; tempus inueniri poſſe quẽ illi præferat: aut æquet Eccleſia. Plurimi fuere in eodem ordine doctrina: & ſanctitate Clariſſimi uiri: qui magnũ illũ gradu ſubſecuti ſunt: equoꝝ numero uitã nos multoꝝ ſcripſimus: & alioꝝ adhuc propitio deo ſcripturi mox ſumus. Alioꝝ autẽ nume-

toſiſſimã quidem multitudinem complexus eſt Leandri Alberti Bononiẽſis familiaris mei, ac inſignis eiuſdem ordinis uiri editus nuper de uiris illuſtribus liber. In quo mei quoq; labores nõ pauci legunt. Hanc nos hiſtoriã. P. Ampliss. magnarũ rerũ copia, propriis bonis, ac diuinis per ſe dotibus uberẽ, ac luculẽtã, quãtũ noſtræ ingenii, ac dicendi uires præſtare ualuerunt, ſummo ſtudio, ſumma diligẽtia, & fide condidimus, & propter illius magnitudinem in treis libros totã diuiſimus, ac tuæ Amplitudini iuſtiſſimis de cauſis nũcupandã putauimus, quæ tanto inſignis ſacerdotio, uita, moribus, religione illuſtris, bonarũ omniũ artiũ ſcientia inter raros hoc noſtro ſeculo numerari digna eſt, cuius patrocinio, & ſplendore ſanctorũ res geſtæ fauorabilius celebrent, ac libenius legantur. Nec aliter fieri tuus in me non uulgaris amor, mea item ſingularis in te obſeruãtia patiebatur. Cur deinceps talibus de cauſis noſtri labores libenter inuigilabunt. Vale. GASP. Dii boni quid iſti addi præfationi poſſit? Quam nihil a te prætermiſſum eſt, quod ad excitanda cæteroꝝ ſcribentiũ chriſtianoꝝ ſtudia, & ingenia ualeat. Quam acribus ſtimulis exacuis. Quam ualidis, & efficacibus rationibus impellis, ac oſtendis, non deeſſe fæcundã, & uberem materiã, in qua multo quidem magis q̃ in priſcorũ geſtis exercere ſe eloquentiũ ingenia poſſint. Quantã præterea mihi admirationẽ, & uoluptatem attulit breuis illa: ſed mire exuberans uitæ totius diui Dominici compẽdioſa narratio? Quare in eam uenio ſententiã, poſſe unicum iſtud opus, quod quale ſit ex ipſa præfatione nihil iam obſcurum eſſe nõ poteſt: ad tui nominis immortalitatem ſufficere. Sed orationẽ quæſo etiam leges quam in obitu ſuo diuum habuiſſe Dominicum dixiſti. FLA. Mox inuentã in parte operis legere incipiam. Hæc eſt. Attende quæſo: & audi. GASP. Nihil aliud ago. FLA. Paucula quędam uerba præmittam: ut ad ipſam orationẽ commodius deſcendã. Illis enim tuus magis præparabit ad audiẽdũ animus. Ea uero hæc ſunt. Hæc illorum erant lamẽta: hæ querimoniæ: lachrymis: & ſingultibus omnia replebantur. Tunc miſeratus ille: ſicut pius ſolet filios pa-

ter

ter, ut aliquo pacto largum illorum cohiberet fletum, & doloris tanti uim frangeret, atq; leniret, in hunc ferme modum orationem habui.

Video uos fratres chariſſimi plus æquo angi, atq; dolere, quod meæ uitæ optatus mihi finis aduenerit. Nec ualde miror. Eſt enim unicuiq; inſitum, ac naturale, optare amicorum præſentia perpetuo frui. Sed ratio debet noſtris optatis legem præſcribere, dum ſit æquum, & quandiu liceat. Alioquin terminos deſiderium ipſum tranſgreditur, nec modum inuenit. Cum amicis hic eſſe haudquaq̃ perpetuo poſſumus. Danda eſt opera, ut poſſimus, uerum in illis ſedibus, quæ longi temporis damna non ſentiunt, & in ea uita, quæ mortẽ non timet, nec finem ſenſura eſt, ibi ſe ueri, inuicem fruuntur amici, & inſolubili nodo fruent in poſterum. Præſentẽ hanc uitã ærumnarũ plenam, & fuga q̃ dici queat uerſatilẽ, & calamitoſam umbræ eſſe perſimilem, & ſecum habere ſcriptũ ab ipſo ſui ortus die terminum, nemo ẽ qui neſciat. Hic ocyus, ille ſerius tanq̃ aſſignatam ſibi ad tempus ſtationem egreditur. Omnibus tamen eundum eſt, & alio migrandum, nanq; aduenæ ſumus, & peregrini, patriamq; per uarios caſus, & mille terum diſcrimina inquirimus. Stultus ille ſit, ac parũ humanæ conditionis memor, qui cõmorationis, & nõ diuerſorii potius ſedem hanc terreſtrem putet. Eo redeundum eſt, unde uenimus. Circularis eſt iſta peregrinatio ac nos eodẽ refert. Qui dolet humanæ tempus uitæ breue eſſe, ac tam cito finiri, doleat, quod non & ſuam nobiſcũ deus immortalitatem participauerit. Qui terrenis non inhiant rebus, id eſt qui animũ ad cœleſtia tollũt, & mente purgata in cœlo diuerſantur, odere has tenebras, ac teterrimi carceris ſitum, & tanq̃ de diro ergaſtulo erumpere geſtiunt. Nonne cõmotæ ſit mentis ille, qui auro plumbum præferat? & luci tenebras? Si ſcimus, ſi experimur (neq; enim hæc latere quempiã poſſunt) ærumnoſam eſſe hanc uitam, curarũ plenam. Nihil ſtabile, nihil certi habere, tot caſibus, tot periculis ſubiectam. Contra uero eſſe aliam omnibus fœcundam bonis, inenarrabili tranquillitate pollentem, firmiſſimã ſe-

dem quæ,quod ſemel dederit,nũquam auferat,nulli ob-
noxiam diſcrimini,ſed perpetua felicitate ingẽtem, nõ ne
extremæ ſit dementiæ, non cupere continuo hinc euola-
re,ac tantis inſeri bonis? Vos mœror ingẽs,ac dolor inuaſ
ſit,quod me abiturũ mox cernitis. At me lætitia incredibi
lis,atq; alacritas cepit,quod ex tam ſæua tempeſtate in tu
tiſſimum deferor portũ. Quod ſi uera ſunt,ut certe ſunt,
quæ præparauit deus ſe diligentibus, haudquaq̃ ambige
re debetis,eo me referri,ubi ſempiterno cum angelis æuo
ſim fruiturus. Hoc ſi creditis,quæ iſtæc impatientia eſt,ac
intemperies? quæ tãti fletus cauſa? Gratulationis res hæc
plena eſt ſi attente cõſideratis,nõ mœroris. An uerus ami
cus ille cenſendus ſit,quem amici felicitas angat. At dicet
ex uobis aliquis,uel cuncti potius, nam tangit omnes,ut
ideo,dolor iſte immodicus,ſcimus eſſe tibi gratulandũ,
nec ambigimus,tibi paratam eſſe felicitatẽ,ſed noſtra nos
damna mouent. Quantam enim iacturam faciamus,non
ſine incredibili dolore intelligimus. Si ita ſentitis,& credi-
tis,magnus certe mentes ueſtras error inuoluit,quos tan-
tus mœror inuaſerit,qui ſic lugeatis. Vos damna,uos ia-
cturam arbitramini eſſe,quod lucrum eſt ingens? & fletis,
ubi maxime gaudendum eſt? Quod ſi multa uobis deſu-
tura per abſentiam meam putatis,quæ paulo ante cõme-
moraſtis tanq̃ multis,quæ ad cõmoda ueſtra,quæ ad uti-
litatem imprimis animæ pertineãt,carituri,quæ me præ-
ſente putabatis abunde eſſe,in eodem errore uerſamini,
nec ſatis futura proſpicitis. Potui noſtro iudicio uobis tan-
tum prodeſſe tanto interuallo diſtans a cœlo,ſemotuſq; tã
procul a Chriſto meo ad quem nunc propero,nec potero
prodeſſe multo melius,atq; cõmodius,ubi optatam cõri-
gero metam,& præſens præſenti adero per omnia felix,&
uotorũ omnia compos? Niſi forte arbitramini fore,ut idẽ
mihi contingat,quod amicis plerunq; ſolet peregre proſe-
ctis,qui cum loco mentẽ mutant,& abſenteis uel,paula-
tim obliuioni tradunt,uel ſegnius,atq; frigidius amant. At
nõ ſic felices animæ,quas ex omnibus uirtutibus præcipue
decorat charitas,& cœlo dignas facit. Nulla poteſt illa obli
uio capere. Multo liberius atq; uehemẽtius amant,& pro-
deſſe

deſſe queunt, immo proſunt iis, quos uero amore, dū iun-
ctæ corporibus eſſent, dilexerunt. Non aberit Dominicus.
multo magis, ac efficacius adem, nec uos ullo tempore
deſeret, ſi per monſtratam uobis a me ſemitam conſtanter
gradiemini. Quod erit facile, ſi mandatorum imprimis
dei memineritis, ſi propoſitam uobis uitæ formulam,
ſi longam inſtitutionem meam, & quotidiana præcepta
in memoria ſemper habebitis, & conſtanter ſeruabitis, in-
ter omnia, & ſuper omnia bona, mutuæ dilectionis ſemper
memores, quam ſi debito cultu, ſicut adhuc feciſtis, cuncti
retinebitis, polliceor uobis, & audacter affirmo me cū ipſo
deo ſemper hic præſentē fore. Quare cohibete iam lachry
mas, & flendi finem facite, eum minime dubitare debea-
tis, & affuturum me ſemper, & multo me uobis deinceps
utiliorem futurum. GASP. Similia mediusfidius Flamini
omnia, ac nihil inter ſe diſſona & deuia. Quare nihil eſt,
quod te uehemētius optare debere putē, q̄ ut opus utrūq;
mox publices. Illud ut moribus proſis, proderis autē, nec
fallor, q̄plurimū. Hoc autem, ut religionē tuis ſcriptis exor
nare pergas, & exemplo tuo chriſtiani homines, quibus di-
cendi facultas contigit, intelligant, ſanctam ſibi ad ſcribēdū
non deeſſe materiam, qua nulla uberior, nulla locupletior,
& excellentior eſſe queat. LEAN. Multo magis in ſenten-
tia confirmabere Gaſpar, quando cætera legeris, quæ plu
rima ſcripſit, præterea, quæ iā edita ſunt, noſter Flaminius.
Quæ qū in publicū exierint, ſcio miraturos omneis, qcūq;
illū nouerint, quomodo potuerit homo mille modis, ut no
ſti occupatiſſimus tā multa ſcribere. Verū age Flamini, qñ
iā hora ſit ſerior, & ſermo nimiū gratus, & iucundus nobis
horas intercipit, ſiqd adhuc de Educatione, ac Inſtitutione
ubi dicēdū reſtat, perge, ac pſice. FLA. Viſus ſum uobis ita
ſubeūdo digreſſione nō parua, ſed, ni fallor, nō protſus in-
utilē, ac nobis, q̄ū uidere potuit, nō iniucūda. Redibo igit,
unde digreſſus ſum, &, qui iā ad finē iſtituti ſermonis deue
netam, paucis, quæ dicenda reſtabant, expediam. Ad filio-
rum igitur mores, & inſtituendam recte uitam nulla ra-
tio, aut diſciplina maior, aut efficacior eſſe poterit, q̄ pa-
rentum, ac magiſtrorum uirtus, & omni labe carens uita.

Et quia nihil eſt, quod magis audaciam ingeneret, q̃ eorum exempla, qui recte uiuendi duces eſſe debent, caueãt patres, nequid præſentibus filiis turpiter ipſi uel alii dicãt, aut faciant. Nam quomodo iurgare illos, ac retrahere a criminibus deinceps poterunt, quorum ipſi authores extiterint. Nihil eſt, quod liberorum animis tenacius inhæreat, q̃ quod in parentibus adnotauerint. Authoritas enim peccantis mire audaciam parit, & eadem ſibi licere minores arbitrantur, a quibus non abſtinere maiores animaduerterint. Parentum in dictis factiſq; intemperantia omnem in filiis modeſtiam extinguit. Quomodo frænare linguã poterit diſcet, qui patris linguam ad omnia præcipitem turpia uiderit? Quomodo continentiæ aſſueſcet, qui patrem incontinentiſſimum, ac omnibus immerſum libidinibus nouerit? Quomodo abſtinentes habebunt manus, qui ſemper rapinæ intentas patrũ manus ſcierint? An factiones, odia, ſimultates, ac diſcordias uitabunt, qui fuerint in illis a parentibus innutriti? An de uirtute cogitabũt, aut unq̃ loquẽtur, qui ex ore parẽtum nihil unq̃, niſi turpe, niſi obſcœnũ, ac dictu fœdum audierint? Patrum uitã eſſe filiis uelut ſpeculum oportet, in qua ſuos ipſi mores effingant & formẽt, & ad illorum exemplum inſtruant. Sunt tamen quidam improbi patres, qui uitia filiorum non ferãt, & carpere audeant. Sed ſua ui, & authoritate omnis illa reprehenſio, & accuſatio caret, quia non bene tantum dicere, ſed etiã facere opus eſt. Sanctitas parentũ, ac uitæ integritas in filiis maxime apparet. Quod ſiquando contingit, malos ex bonis genitos eſſe, culpa tamen plerunq; patrum eſt, qui ſibi tantum boni in educatione filiorum negligentes, ac uelut ſomniculoſi deprehẽdunt, & laxis, quocunq; libuit habenis filios euagari ſinũt ineptitudine qdã, atq; deſidia patriã cuſtam patrium rigorem, ac imperium obruentes. Quæ res maxime facit, ut omnis reuerentia tollatur, & authoritas, & ita contemptibiles fiant liberis patres. Totũ igiť parẽtũ ſtudiũ, ac omnis diligẽtia ſit, ut ſe quidẽ imprimis filii, non quo ſerui ſolẽt, ſed quo filios æquum ẽ amore uereãtur, & obſeruent. Hanc autem, quam eſſe amori permixtam uo-

lumus

ſumus reuerentiam caſtigata primum uita patrum, & ſanctii mores, dein paterni oſtentatio imperii gignet. Neq; differenda hæc ſunt, ſed ſtatim inchoāda, ubi primum intellexiſſe rectum ab iniquo puer incipiet. Difficilis eſt enim diſciplina, quæ ſero infertur. Manum medentis dilata curatio plerunq; refugit. Quæ autem de parentibus diximus, eadem dicta de præceptoribus uolumus qui ſi patrum, ut debent, charitatem non induant, & curam eandem ſuſcipiant tales, quales ſupra eſſe debere monſtrauimus, parū prodeſt, domi bene educari, foris autem male inſtitui, cū maiorem adhuc eſſe præceptorum curam de moribus, in quorum oculis diutius uerſantur, quam parentum oporteat. Qui ſi patrum educationi, quam eſſe debere exactiſſimam oſtendimus, ſuam & ipſi fidelem, ac non diſſimilem inſtitutionem adiunxerint, tales non dubitamus euaſuros iuuenes, quales aureo ſeculo fuiſſe legimus. Hæc ſunt, quæ mihi impræſentia de educatione, ac inſtitutione liberorū nobis ita uolentibus dicenda putaui. Quæ, quando uobis ita uidetur, ad cōmunem utilitatem, ſicut in cæteris, quæ adhuc edidimus, nobis mos fuit, libenter, & q̄ citiſſime fieri potent, publicabimus.

FINIS.

Labeculæ, quæ inter imprimendum inciderunt.

b

Chatta prima Tullius Hoſtilius pro Tullus Hoſtilius.
Charta. 4. quanto pro quando.

d

Char. i. liberis pro literis.
Char. 2. incipũt pro incipiũt. ibidem Caſ. abundat.
Char. 3. ludet pro ludit.
Char. 4. querendæ pro quærendæ.

e

Char. prima aduenenerãt pro aduenerãt. Item lã abũdat.
Char. 2. die pro diẽ.
Char. 3. primo latere quarti uerſus initio deeſt gloriã, ibidẽ fugendæ pro ſugiẽdæ. Item maginæ pro magnæ. Item moribus pro maioribus. Itẽ pattibus pro partibus.
Char. 4. φιλαστρ το φίλαστι.

f

Char. prima in uerſu hom. π pro ι eſt
Chatta quarta cupiũt pro cupiãt.

g

Chat. 1. nepotea pro nepores. Itẽ. M. An. filũ pro filiũ. Itẽ & tũc pro nunc. Itẽ in utroq; genere docẽdi pro dicẽdi.
Char. 2. q̃ nõ multo poſt pro quæ, Itẽ cæpit pro cœpit. Itẽ nomeo pro nomen. Itẽ fuerim pro fuerit. Itẽ ſed quidẽ, pro ſol quidẽ. Itẽ quo inſtituimus pro quos.
Char. 3. authurũ, pro authorũ. Item inané erge, pro ergo. Item quid dicimus, pro quod.
Char. 4. ex uitore uerborũ, pro nitore. Itẽ cur præteruntur pro prætereuntur.

h

Char. prima nam ſi uir pro & ſi uir.
Char. 2. ſtarum breues pro ſtatura. Item plurimiſi, pro plurimis.
Char. 3. in grammaticæ rudimenta, in, abundat.
Char. 4. niſi iſtitueris ꝑ iſtiteris: Itẽ Dometrũ, ꝑ Demetriũ.

i

Char. 2. an non ſemper pro ac non.

k

Char. 4. quæ illi præferat, ꝑ quẽ. Itẽ noſtro ſeculo numeratí pro numeranda.

Julius Cæſar Flaminius Io. Ant. Flaminio Patruo ſuo.

Quot gemmas Erythræa mittit unda,
Quot lætæ Libyæ tefert ariſtas
Tellus, quot uirides nouo renident
Veris tempore pampini, atq; frondes,
Quot uirgulta humiles habent myricæ,
Quotq; alueos ſiculis apes in oris
Implent melle, quot oſculationes
Docto leſbia detulit Catullo,
Italo quot in orbe ſunt penates,
Quot ſunt, quotq; fuere poma quondam
Aurea heſperidum, quot in profunda
Cœli ſydera parte continentur,
Quotq; aer capit alites, quot æquor
Piſces, quot ſyluæ feras canoræ,
Quotq; æſtu freta permeant carinæ,
Quot ſunt alipedes noti, quot auræ,
Quot manent animæ ſenem Charonta,
Quotq; umbræ Elyſium incolunt, tot annos
Facundi maneant tui labores.

Impreſſus Bononiæ per Hieronymũ de Benedictis Bibliopolã Bononieñ. An. MDXXIIII.
xii. Cal. Februarias.

5854094